UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio LXXXVIII. De voto per quod ex cultu latriæ aliquid Deo promittitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

tamen veritatem ex illa Decretali hoc non habetur: quia Decretalis non dicit, quòd illi ſoli teneantur: ſed dicit, quòd illi tenentur, cum quo ſtat, quòd etiam alij teneantur. Et ratio pro authore eſt ex parte modi habendi, vt proprium, vel commune, vt patet in litera, & ex parte perſonæ: quia per accidens eſt, quòd clericus teneatur ſuæ Eccleſiæ. Accidit enim quòd iſte homo dominus agri ſit in parochia, ſit clericus huius Eccleſiæ.

¶ In eadem reſponſiòne ad primum, dubium occurrit circa illud, ſcilicet prædia Eccleſiæ nõ ſunt ad decimas ſoluendas obligata, etiam ſi ſint infra terminos alterius parochiæ. Nam ex hoc ſequeretur, quòd aliqua Eccleſia fraudaretur ſuis decimis, vt patet, ſi ponamus quòd omnia prædia infra terminos alicuius parochiæ donarentur a diuerſis, diuerſis alijs Eccleſijs, tunc alijs Eccleſijs poſsidentibus cuncta, ſpoliata remaneret parochialis illa Eccleſia ſuis decimis.

In Decret. lib.3.tit.30. cap.2.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſtatutum Eccleſiæ, quòd ibi prædia Eccleſiæ curatæ nõ ſint obnoxia decimis alterius Eccleſiæ curatę, intelligendum eſt cum grano ſalis, ſcilicet ſine notabili damno Eccleſiarum, vt colligi poteſt ex cap. Suggeſtum, extra, de decimis. Ne cõtingat, quòd vnus eſuriat, & alius ebri⁹ ſit. Aequitas namque non patitur ſtatuta Eccleſiæ deordinationem talẽ inducere. Propter qđ in ſimilibus caſibus debent prędia extraneis curatis Eccleſijs donata tranſire cum onere ſuo, vt ſcilicet ſolitas parochiali eccleſiæ decimas ſoluant. Et in tali caſu clerici per accidens a clericis decimas exigent. Per ſe namque exigunt a prædiis ſibi obnoxiis. Vnde non violaretur capitulum ſecundum in ſui principio

rici, qui tamen tenentur dare decimas Eccleſijs ratione prædiorum, quæ etiã manibus proprijs excolunt. ergo vr̄ quòd clerici nõ ſint immunes a ſolutione decimarũ.

¶ 3 Præt. Sicut Num. 18. præcipitur, quòd Leuitæ a populo decimas accipiant: ita etiam præcipitur, quòd ipſi dent decimas ſummo ſacerdoti. ergo qua ratione laici debẽt dare decimas clericis, eadem ratione clerici debent dare decimas ſummo Pontifici.

¶ 4 Præt. Sicut decimæ debent cedere in ſuſtentationem clericorũ: ita etiam debent cedere in ſubuentionem pauperum. Si ergo clerici excuſantur a ſolutione decimarum, pari ratione excuſantur & pauperes: hoc autem eſt falſum. ergo & primum.

Sed contra eſt, quod dicit * Decretalis Paſchalis Papæ. Nouum genus exactionis eſt, vt clerici a clericis decimas exigant.

Respon. Dicendum, quòd idem non poteſt eſſe cauſa dandi, & recipiendi, ſicut nec cauſa agendi, & patiẽdi. Contingit autem ex diuerſis cauſis & reſpectu diuerſorum eundem eſſe dantem & recipientem, ſicut agentem & patientem. Clericis autem, inquantum ſunt miniſtri altaris, ſpiritualia populo ſeminantes, decimæ a fidelibus debentur: vnde tales clerici, inquantum clerici ſunt, ideſt, inquantum habent Eccleſiaſticas poſſeſſiones, decimas ſoluere non tenentur. Ex alia verò cauſa, ſcilicet propter hoc, quòd poſſident proprio iure, vel ex ſucceſſione parentum, vel ex emptione, vel quocũque huiuſmodi modo, ſunt ad decimas ſoluendas obligati. Vnde patet reſpõſio ad primum: quia clerici de proprijs prædijs tenẽtur ſoluere decimas parochiali Eccleſiæ, ſicut & alij etiam, ſi ipſi ſint eiuſdem Eccleſiæ clerici: quia aliud eſt habere aliqđ vt propriũ, aliud vt commune. Prædia verò Eccleſiæ non ſunt ad decimas ſoluendas obligata, etiam ſi ſint infra terminos alterius parochiæ.

Ad secundum dicẽdum, quòd religioſi, qui ſunt clerici, ſi habeãt curam animarum, ſpiritualia populo diſpenſantes, non tenentur decimas dare, ſed poſſunt eas recipere. De alijs verò religioſis, etiã ſi ſint clerici, qui non diſpenſant populo ſpiritualia, eſt alia ratio. Ipſi enim tenentur de iure communi decimas dare: habent tamẽ aliquam immunitatẽ ſecundùm diuerſas conceſſiones eis a ſede

F Apoſtolica factas.

Ad tertium dicendum, quòd in veteri lege primitiæ debebantur ſacerdotibus, decimæ autem Leuitis. Et quia ſub ſacerdotibus Leuitæ erant, Dominus mandauit, vt ipſi loco primitiarum ſoluerent ſummo ſacerdoti decimam decimæ. Vnde nũc eadem ratione tenentur clerici ſummo Pontifici decimam dare, ſi exigeret. Naturalis enim ratio dictat, quòd illis, qui habent curam animarũ, de communi multitudinis ſtatu

G prouideatur: vnde poſſint exequi ea, quæ pertinent ad communem ſalutem.

Ad quartum dicendum, quòd decimæ debent cedere in ſubuentionem pauperum per diſpenſationem clericorum: & ideo pauperes non habent cauſam accipiendi decimas, ſed tenentur eas dare.

## QVAESTIO LXXXVIII.

*De Voto, per quod aliquid Deo promittitur, in duodecim Articulos diuiſa.*

H DEINDE conſiderandũ eſt de voto, per quod aliquid Deo promittitur.

Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶ Primò, Quid ſit votum.

¶ Secundò, Quid cadat ſub voto.

¶ Tertiò, De obligatione voti.

¶ Quartò, De vtilitate vouendi.

¶ Quintò, Cuius virtutis ſit actus.

¶ Sextò, Vtrum magis meritorium ſit facere aliquid ex voto, quàm ſine voto.

I ¶ Septimò, De ſolemnitate voti.

¶ Octauò, Vtrum poſſint vouere qui ſunt poteſtati alterius ſubiecti.

¶ Nonò, Vtrum pueri poſſint voto obligari ad religionis ingreſſum.

¶ Decimò, Vtrum votum ſit diſpenſabile, vel commutabile.

¶ Vndecimò, Vtrum in ſolemni voto continentiæ poſſit diſpenſari.

¶ Duodecimò, Vtrum requiratur in diſpenſatione voti, ſuperioris authoritas.

K

### Articvlvs primvs.

*Vtrum votum conſiſtat in ſolo propoſito voluntatis.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, quòd votum conſiſtat in ſolo propoſito volũtatis: Quia ſecundum quoſdam, votum eſt conceptio boni propoſiti cum animi deliberatione firmata, qua quis ad aliquid faciendum, vel non faciendum ſe Deo obligat: ſed conceptio boni pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poſiti cum omnibus quæ adduntur, poteſt in ſolo motu voluntatis conſiſtere. ergo votum in ſolo propoſito voluntatis conſiſtit.

¶ 2 Præt. Ipſum nomen voti videtur a voluntate aſſumptum. dicitur enim aliquis proprio voto facere, quæ voluntariè facit: ſed propoſitum eſt actus voluntatis, promiſſio autem rationis. ergo votum in ſolo actu voluntatis conſiſtit.

¶ 3 Præter. Dominus dicit Lucæ 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt Regno Dei: ſed aliquis ex hoc ipſo, quòd habet propoſitum benefaciendi, mittit manum ad aratrum; ergo ſi aſpiciat retro, deſiſtens a bono propoſito, non eſt aptus Regno Dei. ex ſolo ergo bono propoſito aliquis obligatur apud Deum, etiam nulla promiſſione facta: & ita videtur, ꝙ in ſolo propoſito voluntatis vo

B tum conſiſtat.

Sed contra eſt, quod dicitur Eccleſiaſti. 5. Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis, & ſtulta promiſſio. ergo vouere eſt promittere, & votum eſt promiſſio.

ſua obliget, in litera habes hic, & in artic. 3. ad primum, & manifeſtè patet ex vſu hominum. Nam fidei reos dicimus non ſeruantes promiſſum licitum. Hoc enim teſtatur, quòd cõtra fidelitatem agitur, cùm promiſſio violatur: quo fit, vt idem ſit violare promiſſionem, & violare obligationem. Quòd autem obligatio quandoque ſit ad mortale, & quandoque ad veniale, patet ex hoc, ꝙ quãdoque violatur cum modico dãno proximi, parum autem pro nihilo reputatur: quandoque cum notabili detrimento proximi, quod de genere ſuo cõſtat eſſe mortale. Sunt tñ duo hic non prætereunda. Alterum ſpectans ad rem ipſam, ſcilicet, ꝙ omnia debent eſſe immutata, ſi promiſſa ſunt ſeruanda, vt Seneca dixit: ac per hoc, ſi qs promiſiſſet alicui dotare hinc ad annum illius filiam, & interim tanto eſt affectus infortunio rerum ſuarum, vt extra ordinem illum ſit, in quo promiſit, non tenetur ad promiſſa, quæ conſtat quod non promiſiſſet in tali ſtatu. Et ſimile eſt de his, qui promittunt ire aliquò, & poſtmodum maiora vrgent. Alterum eſt ſpectans ad loquentium abuſum, quoniam communiter videtur homines ſimplici promiſsione vti, vbi non intendunt ſe obligare ad mortale. Cuius ſignum eſt, quòd nolunt ſuper promiſsione iurare non pro reuerentia iuramenti, ſed ne peccent mortaliter, ſi non

C ſeruent: ſeu quia nolunt ſe ligare, arbitrantes ex ſimplici promiſſione ſe non teneri, niſi de quadam beneuola honeſtate. Omnes enim qui tali animo promittunt, quòd ſi tunc quæreretur ab eis, vt ſe obligarent ſub peccato mortali ſi non ſeruent, & negarent, conſtat non propriè promittere in rebus arduis. Et hinc ortum videtur, vt parum æſtimentur promiſsiones hominum, iuxta illud, Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt.

¶ In eodem art. 1. q. 88. dubium occurrit, Quo pacto in pręcedenti lib. diffinitum eſt, quòd vltimus actus rationis practicæ eſt pręcipere: & in hoc lib. diſtinguitur actus imperandi contra actum deprecandi, & promittendi. Non ergo ſufficienter fuerat prius determinatus vltimus actus rationis practicæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd præcipere, ſeu imperare, intelligi poteſt dupliciter. Primo reſpectu electionis abſolutè, quia ſcilicet aliquis ꝑcipit ſibi ipſi eligere: & ſic præceptum eſt vltimus actus rationis practicæ ad agendum, vel faciendum. Alio modo ſumitur præcipere reſpectu aliorum, prout aliquis præcipit ſubditis ſuis: & ſic præcipere diſtinguitur contra deprecari, & contra promit

D tere: quia pręcipere ad inferiores, deprecari ad ſuperiores, vt plurimum, promittere eſt ad omnes. Et ſcito, quòd omnes hi tres actus diſtinguũtur a præcipere primo modo per hoc, quòd præcipere primo modo, ad cuius rectificationem ponitur prudentia, eſt cauſa electionis: hi autem tres actus ſunt materia, & effectus electionis. Nam poſtquàm homo conſulte elegit imperandum alijs, aut orandum, aut promittendum, imperat, orat, & promittit. Nulla ergo eſt inſufficientia in ſuperioribus admiſſa.

¶ In eodem articulo circa primam conditionem ad votum requiſitam, ſcilicet deliberationem, dubium occurrit, An vota ex facilitate cordis, ex repentino timore, ex nimio dolore, ex magna tribulatione facta, ſint verè vota. Et eſt ratio dubij, quia huiuſmodi promiſsiones fiunt abſque maturo diſcurſu, quem deliberatio importat. Dicimus enim ea, quæ ex paſsionis impetu facimus, non deliberate feciſſe: & ſimiliter quæ repente agimus: & breuiter agere ex ſurreptione, paſsione, & facilitate, contra agere ex deliberatione diſtingui communiter videtur, vt patet ex hoc, ꝙ

E multa voluntariè agimus, & quandoque iuramento firmamus, quę tamen nec deliberate agimus, nec ex deliberatione iuramento firmamus, vt patet in communibus locutionibus.

¶ Et confirmatur, quia deliberatio aut requiritur ad votum, vt propriè ſumitur & diſtinguitur cõtra propoſitũ, & promiſsionẽ: aut vt cõmuniter ſumitur pro voluntario liberè. Non hoc ſecũdo modo: quia ſic ſufficeret dicere, ꝙ ad uotum requiritur propoſitũ & promiſsio. ergo primo modo: ac per hoc non omnis volũtaria promiſsio Deo facta, eſt votũ, quia ſtat, ꝙ ſit voluntas cum propoſito, & tñ nõ ſit deliberata, ſumendo propriè deliberationem.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ nulla eſt hic difficultas, quòd deliberatio requiratur ad uotũ: ſed difficultas eſt quid importat deliberatio ad votũ requiſita. Ricardus in 4. diſt. 38. actus voluntarios diſtinguit

A in actus deliberatos, & non deliberatos, appellans deliberatos illos, qui ſunt plene voluntarij: non deliberatos verò, qui non ſunt plene voluntarij, qui ſcilicet per ſurreptionem fiunt: & vult quòd vota per ſurreptionem non obligent ad mortale. Petrus verò de Palude, ibidem vult, quòd illa deliberatio, quæ ſufficit ad conſtituendum hominem ſeruum diaboli per peccatum mortale, ſufficiat ad conſtituendum debitorem Deo per votũ. Vult tamen, quòd vota faciliter facta nõ ſunt vſquequaq; obligatoria. Si quis autem diligẽter Doctorum dicta conſideret cõuenientium in hoc, quòd ad votum exigitur deliberatio, & quare, facile veritatem percipiet quæſtionis. Aduertendum eſt, quòd deliberatio duo importat, ſ. diſcurſum, ſeu collationẽ inter multa, & determinationem ad vnum. Non enim deliberatio petitur, niſi quando optio datur multorum eligendorum, ſaltem affirmationis, uel negationis, puta, facere, vel non facere. Et ſimiliter eouſque petimus ab aliqua perſona, vt deliberet, donec determinet ſe, an velit pacem aut bellum, nuptias an cælibatum, & huiuſmodi. Et conſtat, quòd huiuſmodi determinatio, conferendo conditiones vnius partis cum conditionibus alterius in ordine ad ſe, vel alterum fit expe

C rientia teſtante. Et de diſcurſu quidem, ſeu collatione huiuſmodi nulla eſt quæſtio, ꝙ eſt actus intellectus practici. Verum cùm determinatio ſit duplex, quædam intellectus practici, quæ fit in concluſione conſilij per actum iudicij, ut patet ex ſupradictis: & quædam uoluntatis, quæ fit per actum uoluntatis determinatè uolentis potius hoc, quàm illud, puta, nubere, quàm uirginitatem ſeruare: & quantumcumque aliquis iudicet expedire ſibi magis hoc, quàm illud, non adhuc deliberaſſe dicitur: quoniam multi ſunt iudicantes ſibi magis eligendum fore aliquid, puta, ueram pœnitentiam peccatorum, non tamen deliberant illam amplecti, conſequens eſt, ut deliberatio importet determinationem uoluntatis: ita quòd deliberatio, licèt in ſe duo claudat, ſcilicet collationem practici intellectus, & determinationem uoluntatis, unum tantummodo ſignificat, ſcilicet ipſam uoluntatis determinationem, non abſolutè, ſed ut ex diſcurſu collatio fit. Propter hoc enim uidetur a Damaſceno diſtinctio illa de uoluntate facta, ſcilicet in uoluntatem naturalem, & deliberatiuam. Hinc etiam fit, ut deliberans aliquid facere, ſi eſt bonum, meretur: & ſi eſt

D malum, peccat. utrumque enim uoluntatis eſt. Nec obſtat ſi quandoque inueniatur, quòd deliberatio eſt actus rationis, quoniam hoc eſt uerum quò ad collationem. At ſi quis contendat, quòd deliberatio ſignificat collationem non qualitercumque, ſed ut infert determinationem uoluntatis, meminerit, quòd non de re, ſed de uocis ſignificatione quæſtionem facit. Ex hoc autem quòd deliberatio determinatio eſt uoluntatis ex collatione, manifeſtè patet, quòd actus uoluntatis, qui non ex collatione, ſed ex ſimplici apprehenſione obiecti prodeunt, deliberati non ſunt, ut appetere beatitudinem, velle eſſe, nolle miſeriam, & huiuſmodi. Sunt enim actus hi a uoluntate non ut deliberatiua, ſed ut natura eſt, ut ſuperioribus declaratum fuit. His quoque ſimilis eſt appetitus illorum, quæ ut oblata nobis ſunt, ſtatim complacent, quàmuis ut collata fuerint reſistentur, ut ſunt primi motus noſtri appetitus circa mala. Eſt enim tunc quædam appetitio talis obiecti delectabilis, uel utilis abſolutè oblati tamquàm conſonantis, quæ poſtmodum reprimitur conſiderata annexa turpitudine, uel periculo, ut patet in motibus

E auaritiæ, luxuriæ, & huiuſmodi. Verum, ne fallaris, ſcito, quòd dupliciter contingit uoluntarium actum eſſe ex collatione, ſcilicet actualiter, uel uirtualiter. Ille actus dicitur eſſe actualiter ex collatione, de quo fuit collatio, an faciendus ſit: ſed hoc contingit dupliciter, ſcilicet perceptibiliter, & quaſi imperceptibiliter. Exemplum primi, Vt cùm quis confert an ducenda ſit uxor, & tandem deliberat uxorari: tunc enim uelle uxorem, & ducere uxorẽ, ex deliberatione actualiter & perceptibiliter procedit. Exemplum ſecundi, Vt cum quis ex impetu paſsionis iræ commouetur ad occidendum, uel blaſphemandum, & huiuſmodi, & percutit, uel blaſphemat. Tunc enim offerente paſsione vindictam, ut cõſonam, occurrit quaſi imperceptibiliter oppoſitum, puta, Quid facis? Oportet enim eum aduertere quid faciat, ſi hu

manum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

manum actum facit ex paſsione, alioquin ſibi imputaretur, & ſic F
quaſi imperceptibiliter confert eligendo conſonũ paſsioni. Actus
quoque ex collatione virtualiter dupliciter contingit. Primò, ille
actus dicitur eſſe virtualiter ex collatione, de quo non in ſeipſo,
ſed in ſui principio collatio præceſsit: & hoc modo artifices abſ-
que actuali delibera-
tione non tamẽ abſ-
que virtuali, operan-
tur. Non enim cum
quis pulſat, aut ſcri-
bit, deliberat de ſin-
gulis actibus: ſed de-
liberauit de initio
ſcribendi, aut pulſan-
di, & vniuerſaliter
de vtendo tunc arte
illa. Secundò, actus
ille voluntarius dici-
tur eſſe ex collatio-
ne virtualiter, qui ſic
volenti conſonat, vt
nolit conferre de il-
lo, vt contingit quã-
do quis operatur ex
habitu, ſeu conſue-
tudine, aut negligen
tia. Qui enim cõſue-
tudinem ſuam pro-
ſequitur in bono, vel
in malo, non delibe-
rat actualiter quando ſecũdum illam operatur, nec vnquàm for-
tè propoſuit uti illa conſuetudine: ſed quia refutat collationem,
& illud opus acceptat, ac ſi contuliſſet, dum ſic acceptat illud, qđ
fugit oppoſitũ, cõſequẽs eſt, ꝙ ex collatione uirtualiter operatur.
Omnis enim uoluntarius actus præter naturales & primos mo-
tus ex collatione eſt: ac per hoc deliberatus actualiter, uel uirtua-
liter, poſitiuè uel negatiuè, explicitè, uel implicitè. Ex eadẽ quo-
que radice patet diſtinctio deliberationis a propoſito: quoniam H
deliberatio determinationem uoluntatis ex collatione ſignificat
indifferenter reſpectu præſentis, aut futuri. Deliberamus enim &
nunc pulſare, ſcribere, ire &c. Et deliberamus nos ituros, pulſatu-
ros, miſſuros, & huiuſmodi. Propoſitũ autem & ad futura reſtrin-
gitur: nullus enim proponere dicitùr, niſi de futuris agendis, uel
omittendis. Et collationem rationis præferentis ũnum alteri non
importat, ſed uoluntatis actum ſimplicem ad futurum committẽ-
dum aut omittendum ſignificat. Cùm autem multipliciter con-
tingat in humanis actibus deliberationem interuenire, qualẽ exi-
gat uotum deliberationem, ex ratione, quare ad uotum requiri-
tur deliberatio, ſumendũ eſt. Si enim deliberatio exigitur ad hoc,
ut uotum ſit actus perfectè humanus, conſequens eſt, ꝙ omnis
deliberatio ſufficiens ad peccatum mortale ſufficit ad uotũ: quo-
niam mortale peccatum non eſt in primis motibus quantumcum-
que durent, ſed in ſolis actibus perfectis humanis conſiſtit, ut pa-
tet de delectatione moroſa, quę nunquàm eſt peccatum mortale, I
niſi ratione acceptata. Si uerò exigitur deliberatio ad hoc, ut ꝓ-
miſsio ſit diſcuſſa, ac maturè digeſta, non omnis deliberatio, quæ
ſufficit ad peccatum mortale, ſufficit ad uotum. Et licet hic ſecun-
dus dicendi modus magnæ uideatur inniti æquitati, quoniã pro-
miſsio tam arduum habens uinculum, ſ. mortis æternæ, non niſi
conſilio exacto fieri debet, multò magis quàm obligatio ad pœ-
nam proprij capitis, quantò uita æterna pretioſor eſt temporali:
primus tamen dicendi modus ex authore, ſacris canonibus, & ra-
tione cõprobatur uerus. Author ſiquidem in litera propterea deli-
berationem exigi dicit ad uotum, quia propoſitum eſt actus uolũ-
tatis deliberatę: ac per hoc docet, ꝙ illa deliberatio ſufficit ad uo-
tum, quæ ſufficit ad propoſitum. Conſtat autem ꝙ omnis delibe-
ratio ſufficiens ad peccandum mortaliter ſufficit ad actum pro-
poſiti. Nam peccatum mortale eſt etiam actus uoluntatis delibe-
ratæ. In ſacris quoque canonibus extra de uoto, & uoti redempt.
cap. Venientis. expreſsè uotum factum magis animi facilitate, q̃
arbitrio rationis, ualidum iudicatur. Rationi quoque conſonat, ut K
ſicut iurans ex conſuetudine mala, aut facilitate, reus eſt periurij
in iuramento aſſertorio, ſi ueritas deeſt: ita uouens, ſuo ſe uincu-
lo illaqueat: immo dupliciter hi rei eſſe uidentur. Primò, quia
actu tanto. ſ. uoto, & iuramento tam irreuerenter utuntur. ſ. abſ-
que exacta diligentia: ſecundò, ꝙ uotum, aut iuramentum non
ſeruant. Cum his tamen omnibus diſtingue, ꝙ uota dupliciter
fiunt, quædam ex diligenti diſcurſu ac propoſito, & hæc plene
ſunt uota, & in his diſpenſandis, aut redimendis, aut commutan-
dis, diligens eſt adhibenda prouiſio: quædam uerò ex facilitate
animi, aut paſsionibus ſtatim fiunt, ut multis pro qualibet re ſta-
tim uouentibus, contingit: & quidam tot multiplicant faciliter
propter eandem rem uota, ut neſciant ad quæ uouendo ſe obliga-
rũt. Et talia uota licet ſint uerè uota, & ad peccatum mortale ob-

ligantia; quia ex propoſito promiſsio talis fit ...
quequaq; obligatiua, pro quãto facilis debet ...
redẽptio, aut cõmutatio, vt in dicto capitulo ...
¶ Ad obiecta autem in oppoſitum dicitur, ...
riorũ contra deliberata, poteſt dupliciter ...

Respon. Dicendum, quòd votum quandam obligationem importat ad aliquid faciendum, vel dimitiendum. Obligat autem homo ſe homini ad aliquid per modum promiſſionis, qui eſt rationis actus ad quem pertinet ordinare. Sicut enim homo imperando, vel deprecando ordinat quodammodo quid ſibi ab aliis fiat, ita promittendo ordinat quid ipſe pro alio facere debeat: G ſed promiſſio, quæ ab homine fit, homini non poteſt fieri, niſi per verba, vel quæcunque exteriora ſigna; Deo autem poteſt fieri promiſſio per ſolam interiorem cogitationem, quia vt dicitur 1. Regum 16. Homines vident ea quæ parent, ſed Deus intuetur cor. Exprimuntur tamen quandoque verba exteriora, vel ad ſuiipſius excitationem, ſicut circa orationem dictum * eſt: vel etiam ad alios conteſtandum, vt non ſolum deſiſtat a fractione voti propter timorem Dei, ſed etiam propter reuerentiam hominum. Promiſſio autem procedit ex propoſito faciendi: propoſitum autem aliquam deliberationem præexigit, cùm ſit actus voluntatis deliberatæ. Sic ergo ad votum tria ex neceſſitate requiruntur. Primò quidem, deliberatio. Secun-

tra agere ex deliberatione abſolutè: ſed ...
re ex digeſta deliberatione. Vnde ſi Ricar...
ptione, intelligit uota ſecundum primos mot...
tem uota non exacta collatione facta, errat.
¶ Ad confirmationem autem iam patet reſp...
liberatio diſtinguitur contra propoſitum, ...
deliberatio: ſed ideo quia ex materia propoſ...
H tiones uoti, qđ omnino plene habet ration...
Dictum eſt enim, ꝙ tale uotum collationem ...
per deliberationem diſtinctam contra propoſ...
¶ In eodem art. 1. q. 88. circa ſecundam con...
poſitũ, dubiũ occurrit: quia multi putant, ꝙ ...
ditio uoti, ꝙ etiã ſufficit ad uotũ quando ...
puta, ſuſceptioni habitus in religione, & ...
pitulo. Conſulti, extra, de regul. cuius oppoſ...
¶ Ad hoc dicitur, quòd poſitum, cum quocun...
ueniat promiſsio implicita, uel explicita, ...
ſufficit ad uotum. Textum autem illius cap...
expoſuiſſe ex textu capituli, Statuimus, ...
de propoſito habente implicite promiſsion...
tur de tali uoluntate mutandi uitam, qualis ...
rantis poſt completum probationis annum: ...
lius, qui renunciat anno probationis, ...
I cientis quantũ ex ſe eſt nunc, quod facturus ...
pore completo. hoc autem eſt promittere. ...
tur promittit, renuncians anno probation...
de propoſito mutandi uitam, renunciando ...
iungendo utrumque capitulum patet, ...
poſitum non faciat uotum, quamuis ſit ...
¶ In eodem articulo circa tertiam condition...
ſio in ordine ad alias duas. ſ. deliberatione, & ...
occurrit: quia ſola promiſsio ſufficit ad uotum ...
tiones ſuperfluunt. quod ſic probatur: Quia ...
lẽni obedientia, &c. ſine propoſito obſeruandi ...
cæremonialia religionis intendens ...
religioſus, uouet: & tñ ſine deliberatione, & ...
Non exiguntur ergo ad uotum tot conditiones ...
promiſsio Deo. Nec putet inexpertus ...
ſibilem; quoniã de facto forte ſæpe accidit ...
fitentur, ut habeant redditus annuos, unde ...
K ¶ Ad huius euidentiam ſcito, quod cùm ...
cuius operationis, uel omiſsionis (omnis enim ...
aut uelle, aut dicere, aut dare &c. aut non uelle, ...
dicere &c.) dupliciter poſſunt cõcurrere ...
tum. Primò, ꝙ omnes ſint circa materiam ...
tres actus. ſ. deliberare, proponere, & promittere ...
obiectum uerſentur, quod eſt materia uoti ...
quis deliberet ieiunare, proponat ieiunare, ...
Alio modo, ꝙ primi duo actus habeãt pro ...
& non materiam uoti. uerbi gratia, ꝙ ...
tere ieiunium, proponit promittere ...
beat pro obiecto ipſam uoti materiam. ſ. ...
Iſto enim modo nõ deliberat quis ieiunare ...
ſed deliberat, & proponit promittere ...

actus.ſ.promiſsio cadit ſupra materiā voti,puta,ieiuniū. In primo aūt modo oēs tres actus cadunt ſupra materiā voti, puta ieiuniū. ¶ Scito ſecundo, ꝙ promiſsio votiua,ſicut aliæ promiſsiones,triplici animo fieri poteſt. Primò, cum animo promittendi, & ſeruandi promiſſum: & talis eſt vndique vera promiſsio. Secundò, cum animo promittendi, ſed non cum animo ſeruandi promiſſum. & talis promiſsio eſt partim vera, & partim mendax. Vera quidem, quantum ad ipſum actum promittendi, quia intendit ſe vere obligare per promiſsionem. Mendax autem quantum ad rem promiſſam,quia promittendo, obligat ſe ad obſeruationem promiſsi, & cū hoc habet intentionem fallendi, quia intendit non ſeruare promiſſum: cuius ſignum eſt, quòd ſi alicui homini aliquis promitteret reddere depoſitā pecuniā cū intentione non obſeruādi promiſſum, quantumcumque intendat ſe verè obligare promittendo, deceptum illum qui dedit depoſitum dicimus, & deceptorem ab initio uocamus depoſitarium. Tertio autem modo fit promiſsio ſine animo obſeruandi promiſſum,& ſine animo promittendi: & hæc fit cum ſolo animo proferendi illa uerba promiſſoria propter metum, uel quamcumque aliam cauſam: & talis promiſsio eſt vndique mendax quò ad homines. Examinemus igitur ſingula, ut propoſitæ ſatisfiat quæſtioni. In primo modo promittendi, ſcilicet animo promittendi,& ſeruandi promiſſum plena voti ratio inuenitur, & omnes tres actus.ſ.deliberare,proponere,& promittere,ſuper materiam voti cadunt,vt patet. In ſecundo uerò modo.ſ.animo promittendi,ſed non animo ſeruandi promiſſum, diminuta,ſeu monſtruoſa ratio voti inuenitur. Eſt tamen ibi verè ratio eſſentialis uoti,& illius vinculum cum peccato mortali tunc, & quandiu in tali voluntate non ſeruandi promiſſum perſeuerat. Patet enim ibi ſaluari voti eſſentiam,ex eo,quòd uerè intenditur profiteri,ſeu promittere. Nec minus tenetur ſic profitens,aut uouens ad obſeruandum promiſſum, quàm ille qui uouit animo non ſolum promittendi,ſed ſeruandi. In hoc autem modo liquet, ꝙ trium actuum requiſitorum ad uotum, tertius tantum.ſ. promiſsio fertur ſuper materiam uoti. Promittit enim caſtitatem,uel ieiunium,uel aliquid huiuſmodi. Duo uerò antecedentes actus,ſcilicet deliberare, & proponere, cadunt non ſupra materiam uoti, quia nō intendit ſic promittens ſeruare caſtitatem, ſed ſupra ipſum tertium actum.ſ. promiſsionem: quoniam ex deliberato propoſito promittit. In tertio autem modo uoti.ſ.cùm quis profitetur, aut uouet ſola uoce,ſine animo promittendi, ratio aut uinculum uoti non inuenitur ſecundùm ueritatem: unde non eſt ibi uotum,ſed uoti fictio. Quia tamen homo uidet quæ foris ſunt, & ſecundùm ea quæ foris aguntur, Eccleſiæ iudicium eſt, & eſſe debet, coram Eccleſia eſt ibi uotum. Sicut cum aliquis ſuſcipit ordinem ſacerdotij ab Epiſcopo ſecundùm Eccleſiæ ritum, quàmuis ſuſcipiens non intendat ſuſcipere,ſed ſimulare ſe ſuſcipere, apud Eccleſiam eſt ſacerdos.& habendus eſt.& tractandus ut ſacerdos, licet in ueritate nō ſit ſacerdos. Vnde Eccleſia cogit omnes huiuſmodi ad reddendum uota ſua, quæ diſtinxerunt labia ſua. Et licet ſic uouens non teneatur ad obſeruandum promiſſum ratione uoti, tenetur tamen ratione Eccleſiæ,& ſcandali. Eccleſiæ quidem,quia ſi fraus & dolus nulli debent patrocinari in præiudicium unius perſonæ, multò minus in præiudicium Eccleſiæ. Conſtat autem, quòd ſi quis promittit alicui coram teſtibus utile aliquid, quòd ſiue habuerit animum promittendi, ſiue non, cogitur a iudice humano obſeruare. Si quis igitur profitetur miniſtris Eccleſiæ, aut uouet coram alijs ſiue habuerit animum, ſiue non, cogendus eſt implere, quod dixit: alioquin nullus poſſet cogi ad ſeruanda promiſſa, quia ſemper ignoramus animum promittentis. Et ſi ipſi non cre-

A dendum eſt, quando promiſit, quomodo eidem credendum erit, dicendi ſe nō verè promiſiſſe? Quare magis tunc mendax quàm nunc? Et ex his patet, quòd non eſt credendum ab Eccleſia iuranti ſe non eſſe profeſſum animo profitendi, niſi oſtendat ſufficientia indicia violentiæ,aut huiuſmodi. Sicut etiam non eſt credendum alteri coniugum iuranti quòd non animo coniugij coniugium ſubijt. Et ſi contra hoc dicatur, quòd ab aliquibus Eccleſiæ miniſtris datur fides huiuſmodi iuramento religioſorum de ſuo animo in profitēdo, patet reſponſio.ſ. nō quod fit,ſed quod fieri debet,ſpectandum eſt. Poſſunt, ſi uolūt, iſti miniſtri facile uidere errorem ſuum ad ſimilia reſpiciendo. Si enim de proprio animo cōtrario publicis factis ac dictis a ſe, fides danda eſt iuranti, quotidie matrimonia diſſoluētur,ſacerdotes fiēt laici,contractus omnes reſcindi poſsēt, & breuiter uniuerſa non ſolum Eccleſiaſtica, ſed humana cōuerſatio deſtrueretur. Et per hoc etiam patet, quātum ſcandalum daretur nō ſeruando huiuſmodi uota. Ex his autem haberi poteſt ſolutio quæſtionis, quòd ſcilicet uotum non monſtruoſum requirit illas tres conditiones ſic,ꝙ illi tres actus,ſ.deliberare.proponere,& promittere cadant ſuper materiā voti. Vnde in litera dicitur, quòd promiſſio oritur ex propoſito faciendi, & non dicitur ex propoſito promittendi. Naturali namque ordine proponere aliquid, facere, aut omittere, deliberati animi circa illud actus eſt: & ſimiliter promittere aliquid ex propoſito,illud idem faciendi prouenit, vbi ſine fallacia agitur. Aſsignantur autem huiuſmodi tres conditiones neceſſariæ ad votum perfectum non ad votum diminutum: ſicut ſi diceretur,ꝙ partes neceſſariæ ad perſonam humanam, ſunt manus,pedes, cor &c. verum diceretur de perſona humana perfecta intelligendo: cum quo tamen ſtat,ꝙ humana perſona poſſet inueniri

D ſine manibus, & pedibus. Et hoc modo uotum inuenitur cum ſola promiſsione cadente ſuper materiā voti abſque reliquis conditionibus, ſeu actibus cadentibus ſuper eandem. Diſtinctio igitur uoti in votum perfectum,& monſtruoſum quæſtionem ſoluit. ¶ In reſponſione ad ſecundū eiuſdem primi art. nota vnde venit nomen uoti, & tranſumptio ad ſignificandum deſiderium. Dicitur enim quis uoti compos, cùm deſiderium ſuum impleuit.

do, propoſitum voluntatis. Tertiò promiſſio, in qua perficitur rō voti. Superadduntur verò qñque & alia duo ad quādā voti cōfirmationem.ſ.pronunciatio oris, ſecūdū illud Pſal. 65. Reddā tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea, & iterum teſtimonium aliorum. Vnde magiſter dicit 38. diſtin. 4. lib. ſent. ꝙ votum eſt teſtificatio

B quædam promiſſionis ſpontaneę quæ Deo, & de his quæ ſunt Dei, fieri debet: quamuis teſtificatio poſſit ad interiorem teſtificationem proprie referri.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ conceptio boni propoſiti non firmatur animi deliberatione, niſi promiſſione, deliberatione conſequente.

Ad secvndvm dicendū, ꝙ voluntas mouet rationē ad promittendum aliquid circa ea, quæ eius voluntati ſubduntur. Et pro tan-

C to, votum a uoluntate accipit nomen quaſi a primo mouente.

Ad tertivm dicendum, quòd ille qui mittit manum ad aratrū, iam facit aliquid: ſed ille qui ſolum proponit, nondum aliquid facit; ſed quando promittit, iam incipit ſe exhibere ad faciendum, licet nondum impleat quod promittit: ſicut ille qui ponit manum ad arandum, nondum arat, iam tamen ponit manum ad arandum.

## Articvlvs II.

### *Vtrùm votum ſemper debeat fieri de meliori bono.*

AD secvndvm ſic proceditur. Videtur, quòd votum non ſemper debeat fieri de meliori bono. Dicitur enim melius bonum, quod ad ſupererogationem pertinet: ſed votum non ſolum fit de his quæ ſunt ſupererogationis, ſed etiam de his quæ pertinent ad ſalutem. Nam & in baptiſmo vouent homines abrenunciare diabolo, & pompis eius, & fidem ſeruare, vt

*¶ Super Quaſtionis octuageſimaoctaua Articulum ſecundum.*

IN titulo art.2.eiuſdem 88.q.aduerte,quòd quia in 1.art.de forma uoti determinatum eſt,conſequenter in hoc de materia uoti quæritur, & determinatur. Et quia materia voti dicitur eſſe bonum melius,hoc eſt,bonum ſuperogationis, propterea author quærens de materia voti,quærit,vtrum ſit de meliori bono.

¶ In corpore eiuſdem 2.artic.aduerte, ꝙ eorum quæ aliquo modo noſtræ ſubſunt voluntati, ſeptem ſunt genera. Quædā neceſſaria ſimpliciter,ut mori. Quædam neceſſaria ad finem æternæ ſa-

E lutis,vt præcepta.ſ.diligere Deum,& proximum,non adulterari, non occidere, &c. Quædam expedientia ad æternam ſalutem, ut conſilia, puta, dare eleemoſynam, ſeruire infirmis, mancipari diuinis obſequijs, & huiuſmodi. Quædam bona,nec tamen de præcepto,nec de conſilio,ut nubere. Quædam indifferentia, ut tranſire extra muros uillæ, ùti ueſte alba, vel nigra, & huiuſmodi, quæ ſiue ſic,ſiue aliter fiant,nil refert ſm rationem. Quædam impedientia viam æternæ ſalutis, vt peccata venialia, ut dicere uerbum otioſum, & huiuſmodi. Quædam contrariæ ęternæ ſaluti, vt peccata mortalia, homicidium, adulterium, blaſphemia, &c. Horum autem ſeptem generum, quatuor extra quæſtionem ſunt: quoniam manifeſtè conſtat de illis.ſ.primo.3.6. & 7. Nam clarè patet primum genus.ſ. neceſſariorum abſolute nō poſſe eſſe ma-

teriam

teriam uoti. Nullus enim uouere pōt ſe moriturū, niſi ſtultus. Tertium autem genus. ſ. conſiliorum, cōſtat eſſe materiā voti. De bonis enim melioribus, ad quæ non tenemur, vota nos facere experimur. Sextum verò & ſeptimum. ſ. impedimentum, & contrariorum æternæ ſaluti, non poſſe eſſe materiam voti patet, quia, vt in litera dicitur, nō eſſet promiſsio, ſed comminatio, ſi quis ſe aliquid diſplicens Deo facturum decerneret. Tria autem genera. ſ. ſecundū, & ſimiliter quartum, ac quintum, quæſtionē habent, & ſimiliter tertiū genus quò ad ſua oppoſita. ſ. nō facere opera quæ ſunt de conſilio, vt non mutuare, nō fideiubere, & huiuſmodi. Et cùm bona quoq; ſupererogationis malum habent annexū, ſub dubio cadunt, vt vouere religionem propter auaritiā, & ſimilia. Vnde quinque ſunt tractanda dubia. Primum eſt, de neceſſarijs ad ſalutem. Secundum, de oppoſitis conſiliorū. Tertium, de bonis ſupererogationis propter malum finem. Quartum, de indifferentibus. Quintum, de bonis, non ſub præcepto, aut conſilio.

Sumitur ex Caſſiod. & Aug. in hoc loco.

F

¶ Circa ea igitur quæ ſunt de neceſsitate ſalutis, duplex occurrit dubitatio. Prima, An talia cadant ſub voto propriè dicto. Secunda, An in baptiſmo fiat verè votū: & vtriuſq; dubij ratio eſt multiplex ſermo Doctorum. In primo ſiquidem dicunt multi, q͡ non eſt propriè votum, & tamen q͡ qui vouet non fornicari, ſi fornicatur, peccat dupliciter. ſ. contra votum, & contra præceptum. In ſecundo quoque quidam negant, quidam affirmant eſſe votum. H

¶ Dicendum eſt ad primum, q͡ ſine dubio neceſſaria ad ſalutem poſſunt eſſe materia voti propriè dicti, & ratio in litera redditur, quia ſunt voluntaria. Effectus verò voti in huiuſmodi neceſſarijs ad ſalutem, eſt facere idem alio modo Deo debitum a ſeipſo vouente: ita vt non fornicari, quod erat debitum ſolum, ut erat caſtitatis, modo eſt etiam debitum, quia eſt religionis. Manifeſtantur autem hæc ſic. Vouens non fornicari, ſi poſt fornicatur, nō ſolum peccat peccato luxuriæ, ſed etiam irreligioſitatis, agens contra votum. Ergo eſt ibi vera ſpecies voti. Non enim circunſtantia mutaret ſpeciē, niſi eſſet ibi eſſentialis ratio illius ſpeciei. Vbi aūt ſaluatur eſſentialis ratio alicuius, ibi eſt propriè illud, vt patet diſcurrendo. Quia ergo in huiuſmodi tranſgreſsionibus inuenitur eſſentialis ratio ſpeciei, ad quam trahit circunſtantia contra votum, manifeſtum fit, q͡ ibi propriè fuit votum. Nec putes me contradicere authori in 38. diſt. 4. vbi votum de neceſſarijs ad ſalutem non propriè, ſed communiter uotum eſſe dicit: qm̄, vt ibidem patet, æquiuocamus de proprio. Nam nos accipimus in propoſito ly propriè, ut diſtinguitur contra tranſumptiuè, ut denotat ipſam eſſentiam uoti, quia. ſ. ibi ſaluatur eſſentia voti. Author autem ibidem accipit propriè, non ex parte eſſentiæ uoti, ſed ex parte materiæ uoti, & ut diſtinguitur contra commune ſimiliter ex parte materiæ. Et uocat uotum communiter, quia obligat ad ea, ad quæ communiter homines tenentur. Votum uerò propriè, quod obligat ad ea, ad quæ alius non teneretur: unde nulla eſt in hoc controuerſia, ſed opus eſt intelligentia uocabulorum. I

¶ Ad ſecundum uerò dubium de uoto baptiſmi, dicendum eſt, quòd non eſt ibi propriè uotum: nec Chriſtianus quando fornicatur, peccat dupliciter. ſ. contra præceptum, & contra uotum, ſed ſimpliciter. ſ. contra præceptum, grauius tamen quàm infidelis, ut ſuperius didicimus, quia dignior eſt propter ſacramenta, quibus imbutus eſt. Quòd autem non fiat in baptiſmo uotum propriè, manifeſtatur dupliciter. Primò, quòd nō fit ibi uotum explicitè, ex uerbis quæ dicit baptizandus, quæ ſunt tria. ſ. Abrenuncio, Volo, & Credo. Nullum autem horū ſignificat promittere, quod eſt propriè vouere. Abrenunciare enim diabolo, & pompis & operibus eius, ſignificat abdicationem, non promiſsionem. Vnde renūciās ſuo iuri, uel beneficio, nihil promittit, ſed ſpoliat ſe illo. Velle quoq; baptizari, non eſt promittere. Credere in Deū patrē, &c. non eſt promittere. Secundò, manifeſtatur q͡ non fit ibi uotū implicitè. hoc. n. poſſet dupliciter contingere. Primò, ratione Eccleſiaſtici ſtatuti, quemadmodum implicitè fit uotum continentiæ in ſuſceptione ſacri ordinis. Secundò, ratione ipſius rei. ſ. aſſumptionis noui ſtatus, ac profeſsionis fidei, quaſi hoc habeat uim uoti. Et quidem quod non interueniat in baptiſmo uotum ex præcepto Eccleſiæ, manifeſtatur ex hoc, q͡ adulto, qui baptizatur nullibi inuenitur pręceptum q͡ voueat ſicut ſuſcipiētibus ordinem ſacrum, q͡ voueant caſtitatem ... adultus corde contrito ſuſcipiat baptiſmum ... baptiſma ſuſcipere, & ad nihil aliud ſe obliget ... qđ baptiſmus obligat, cōſtat q͡ non vouet, & ...

tur laquei. ſ. præcepti, & uoti. Et confirmatur ... filii, baptizari eſt præcepti. Inconſonum eſt ... ceptum uoti præcepto baptiſmi: quoniam ... conſilii, ſed præcepti uniuerſaliter, & ſimpliciter ... ordine ſacro præcipitur uouere, quia ſuſcipere ... in præcepto. Quod autem non fit in baptiſmo ... ex natura facti, quia ſcilicet aſſumitur nouus ... Chriſtianitatis, & fit profeſsio fidei, quaſi hoc ... uim uoti, uel habeat annexum uotum nouæ ... patet, quòd ſeclufis Eccleſiæ ſtatutis cùm ... dotii ordinem, nouum ſtatum aſſumit, ... obſequiis, atque conſecratur ad illa ſine vllo ... ſionem quoque fidei ſat eſt corde, & ore ... poſito mutandi vitam. Vnde ſaluator doctrinam ... ante & poſt baptiſmum ſtatuit, non exigendo ... ſed exhibitionem ſui ad baptiſmum prædicans ... crediderit & baptizatus fuerit: non, Qui vouerit ... plus ſit exhibere ſe ad baptiſmum & fidem, ... non tamen includit promittere: ſicut donare ... mittere, donans tamen nihil promittit. In ... tio eſt, quare baptiſmo non oportet, nec expedit ... tum propriè dictum, quia votum eſt ... tarie impoſita. Cùm autem quis baptizatur, ... luntariè ſuſcipit, habentem ſufficientem vim ... ductiuam ad obſeruantiam fidei, & præceptorum ... opus quòd baptizatus addat ſibi aliam legem ... ciſè ad præcepta. Quòd verò non expediat, ... eſt multiplicatio laqueorum ad nihil ... quoniam æque cauemus, vel non cauemus ... to, & ſine tali voto, vt experientia teſtatur. ... non eſt votum in baptiſmo, niſi largè ... voluntate nouæ uitæ in profeſsione fidei: & ... ctores exponi poſſunt. Quòd ſi aliqui aliter ... eſt præhonorare veritatem. In litera tamen ... mum, author non affirmat in baptiſmo eſſe ... nendo hoc a Magiſtro ſentent. 38. diſtinc. ... etiam ipſe approbauit, exponit modum quo ... tur ſub uoto, dicēs, quòd hoc modo ſub uoto ... Auguſt. quoque ad Neophytos, vt habetur ... cap. 1. dicens, quòd ſpopondiſtis abrenunciare ... large ſponſionem accepit, aut rium forte, ... erat, expreſsit.

K ¶ Circa oppoſita conſiliorum, dubium non ... rundam videtur eſſe, An poſsit quis uouere ... aut dabit eleemoſynam, non ingredietur religionem ... modi. Et ratio dubij uidetur eſſe, quia ... citum eſt uouere. Conſtat autem quod ... non ingredi religionem, & huiuſmodi, ... quod non tenemur ſequi. ergo.

¶ Sed huius opinionis error facilè deprehenditur ... mus cui fit uotum, quia. ſ. fit Deo, ... enim, q͡ etſi non diſpliceat Deo te non ſequi ... ſplicet tamen ei, quòd tu promittas ei, ... cuturum: quoniam hoc eſſet facere, quod ... eſſet uinculum contra conſilium ſuum; ... una parte daret conſilium, & ex alia parte ...

dicit * gloſ. ſuper illud Pſalm. 75. Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. Iacob etiam vouit quòd eſſet ei Dominus in Deum, vt habetur Gen 28. hoc autem eſt maximè de neceſſitate ſalutis. ergo votum non ſolum fit de meliori bono.

¶ 2 Præt. Iephte in catalogo ſanctorum ponitur, vt patet Heb. 11. ſed ipſe filiam innocentem occidit propter votum, vt habetur Iudic. 11. cùm ergo occiſio innocentis non ſit melius bonum, ſed ſit ſecundùm ſe illicitum, videtur quòd votum fieri poſſit non ſolum de meliori bono, ſed etiam de illicitis. G

¶ 3 Pręt. Ea quę redundant in detrimentum perſonæ, vel quæ ad nihil ſunt vtilia, nō habent rationem melioris boni: ſed quandoque fiunt aliqua vota de immoderatis vigilijs, & ieiunijs, quæ vergunt in periculum perſonæ: quādoque etiam fiunt aliqua vota de aliquibus indifferentibus & ad nihil valentibus. ergo non ſemper votum eſt melioris boni.

Sed contra eſt, quod dicitur Deuter. 23. Si nolueris polliceri, abſque peccato eris.

ſuum, dum acceptaret vinculum contra ſuum cõſilium. Non eſt ergo Deo acceptabilis promiſsio contra conſilia ſua, ac per hoc nõ eſt uotũ: ſed in hoc hẽt locũ illud, In turpi uoto muta decretũ. Immo ſic uouentes, peccant abutendo promiſsione ad Deum.

¶ Sed tunc inſurgit quæſtio, quale peccatum eſt hoc, ueniale ſcilicet, an mortale. Videtur enim talis uouens non ſolum irreuerentiam Deo exhibere indiſcrete ei promittendo, ſed etiam blaſphemiam incurrere, attribuendo Deo quod ei nõ conuenit, ſcilicet, eſſe ſibi gratum uinculum contra ſua conſilia, & deliberat proponere cõtra ea quæ ſunt de neceſſitate ſalutis: quoniam conſilia in articulo neceſſitatis ſunt præcepta. hoc autem eſt peccare mortaliter.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut dictum * eſt, uotum eſt promiſſio Deo facta. Promiſſio autem eſt alicuius, quod quis pro aliquo voluntarie facit. Non enim eſſet promiſſio, ſed comminatio, ſi quis diceret ſe contra aliquem facturum. Similiter uana eſſet promiſſio, ſi aliquis alicui promitteret id, quod ei non eſſet acceptum. Et ideo cùm omne peccatum ſit contra Deũ, nec aliquod op⁹ ſit Deo acceptũ, niſi ſit uirtuoſum, conſequẽs eſt quòd de nullo illicito, nec de aliquo indifferenti debeat fieri uotum, ſed ſolum de aliquo actu virtutis. Sed quia uotum promiſſionem voluntariã importat, neceſſitas autem voluntatem excludit: id quod eſt abſolute neceſſarium eſſe, uel non eſſe, nullo modo ſub voto cadit. Stultum enim eſſet, ſi quis uoueret ſe eſſe moriturum, vel ſe non eſſe volaturum. Illud verò quod non habet abſolutam neceſſitatem, ſed neceſſitatem finis, puta, quia ſine eo non poteſt eſſe ſalus, cadit quidem ſub voto, inquantum voluntarie fit, non autem inquantum eſt neceſſitatis. Illud autem quod neque cadit ſub neceſſitate abſoluta, neque ſub neceſſitate finis, omnino eſt volũtarium: & ideo hoc propriiſſime cadit ſub voto. Hoc autem dicitur eſſe maius bonum in comparatione ad bonum, quod communiter eſt de neceſſitate ſalutis: ideo proprie loquendo, uotum dicitur eſſe de meliori bono.

¶ Si diligentius tamen cõſideretur, tria mala in huiuſmodi uotis inueniri contingit. Primum, ex parte rei promiſſæ, quæ quandoque. ſ. in articulo neceſſitatis poteſt eſſe in præcepto. Et ex hac parte ſi quis tam pertinaci animo uoueret non mutuare, non dare eleemoſynam, & huiuſmodi, vt etiam intendat in articulo neceſſitatis hæc non facere, ſine dubio peccat mortaliter. Secundum, ex parte incluſæ attributionis Deo, quia ſcilicet hic clauditur, quòd Deo ſit gratum vinculum contra ſua conſilia. Et ſi quis hoc cognoſceret, animaduerteret, & non curaret, blaſphemia eſſet. Sed quoniam hoc magis ſupponitur, quàm fiat à vouente: ſupponit enim ſic vouens Deo acceptum eſſe ſuum votum, ideo hoc malum, niſi fieret ex induſtria, non induceret mortale. Tertium ex parte abuſiuæ promiſſionis, quia ſcilicet ſit Deo promiſſio ſibi diſplicens, iuxta illud, Diſplicet ei ſtulta promiſſio: & in hoc formaliter conſiſtit peccatum iſtud. Et ſi quidem ex intentione aliquis eligeret formaliter diſplicere Deo, cùm hoc de genere ſuo ſit mortale, contrarium directe charitati, ſine dubio peccaret mortaliter. Sed cùm materialiter eligitur id, quod diſplicet Deo, non oportet eſſe mortale, vt patet cùm quis deliberare dicit verbum otioſum. Conſtat autem quòd talis vouens non ſolum materialiter, ſed etiam ex ignorantia ſatis excuſabili, quia regnat etiam apud doctos, vt dicitur de Hoſtienſi, facit quod Deo diſplicet. Credit enim ſic vouens ſe obſequium præſtare Deo vouendo, & licite vouere. Propter quod non niſi venialiter peccant ſic vouentes, & non intendentes contra præcepta Dei vouere, vt communiter accidere videtur.

¶ Circa bona ſupererogationis, dubium occurrit a Ricardo, in quarto, diſt. 38. motum, ſed parum diſcuſſum, An votum factum de bono ſupererogationis propter malum finem, ſit vere votum. Et eſt ratio dubii: quia bonum ſupererogationis propter malum finem, non eſt bonum, ſed male formaliter, vt patet de eleemoſyna propter inanem gloriam. Quod autem eſt formaliter malum, non poteſt eſſe materia voti.

¶ In oppoſitum eſt, quod ſi quis profitetur religionem Hieroſolymitanam, ſeu aliquam eiuſmodi, vt habeat diuitias vnde luxurioſe viuat, & propter luxurioſe viuere profitetur, vere votum emittit boni ſupererogationis ſcilicet religionis propter malum finem, ſcilicet luxurioſam vitam. Poteſt ergo de bono fieri votum propter malum finem.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis, diſtinguendus eſt ſenſus quæſtionis, & ſingula tractanda ſunt membra, cum ſuis incidentibus. Tripliciter igitur poteſt intelligi, quòd homo voueat bonum ſupererogationis propter malum finem. Primò, vt malus finis ſit finis illius boni, quod dicitur voueri: ſicut vana gloria eſt finis eleemoſinæ, cùm quis voueret dare eleemoſynam propter inanem gloriam. Secundò, vt malus finis ſit finis non boni quod promittitur, ſed applicationis hominis ad vouendum: ſicut luxurioſa vita eſt finis profeſſionis, cùm quis profiteretur aliquam religionem vt luxurioſe viueret. Tertio, vt malus finis ſit finis ipſius voti, ita quòd ipſum votum ordinetur ad malum finem, vt quod eſt ad finem, ordinatur ad finem. Sicut victoria in bello iniuſto eſſet finis voti, ſi quis promitteret

A Deo, quòd ſi daret illi uictoriam in tali bello, offerret Deo mille aureos.

¶ In primo ergo ſenſu dicendum eſt, quòd uotum nihil ualet, quia non eſt uotum, ſed diabolica promiſſio: quia materia eius non eſt aliquod bonum, ſed formaliter malum ut patet in exemplo dato, cùm quis uouet dare eleemoſynam propter inanem gloriam. Et ratio eſt, quia iuxta hunc ſenſum ordo promiſſæ actionis ad malum finem cadit ſub uoto, non ſola actio ſupererogationis, uerbi gratia ly, propter inanem gloriam, determinat ly, dare eleemoſynam, quoniam eſt finis illius dare. Ac per hoc materia talis uoti nõ eſt ſolummodo dare eleemoſynam, ſed totum hoc, ſcilicet, dare eleemoſynam propter inanem gloriam, quod conſtat eſſe formaliter malũ. Attende ergo in huiuſmodi uotis, ſi malus finis ponitur finis actionis ſupererogatiuæ, quæ eſt materia uoti, ut uides in exemplo dato. Et cùm

C hoc inueneris, dicito promiſſionem talem non eſſe uotum: quia ſupererogationis bonum non nudum, ſed ueſtitum tali propter, ponitur materia uoti. In ſecundo autem ſenſu, quando ſcilicet malus finis ponitur finis ſolius applicationis ad uouendum, ut patet in exemplo profeſſionis propter uitam luxurioſam, dicendum eſt, quòd votum eſt vere votum & validum, quamuis talis ſic vouendo peccet mortaliter. Vt in promptu ratio eſt, quia malus finis iuxta hunc ſenſum non eſt finis voti, aut actionis, vel omiſſionis ſupererogatiuæ. Non enim qui profitetur, ordinat ſuum obedire ad luxuriam, ſed eſt finis applicationis ad profitendum. Nam ſi quæratur, propter quid applicas te ad profitendum, & tot Deo promittendum, reſpondebis, vt viuam luxurioſe. Ex fine autem applicationis ad vouendum non adimitur, aut datur natura uoti, aut illius vinculum. Diſcute igitur & hoc diligenter: quoniam multas quæſtiones inde ſolues de multis vouentibus propter malum finem, puta, ut complaceant alicui ſcelerato in hoc, quod uouent: in omnibus enim

D huiuſmodi uere uotum eſt & bonum, & ſanctum, ſed applicatio ad uouendum eſt diabolica: propter quam, ut dictum eſt, peccat ſic uouens.

¶ Et ex his patet, quòd obiectiones ad utramque partem allatæ concludunt uerum. Prima iuxta primum ſenſum: & ſecunda, iuxta ſecundum. In tertio uero ſenſu, quando finis malus ponitur finis ipſius uoti, diſtinguendum eſt, quia hoc poteſt dupliciter fieri. Primò, ut promittatur executio uoti pro malo obtinẽdo fine v. g. Vouet dux belli iniuſti, ſe ante congreſſum belli oblaturum Deo mille aureos pro obtinenda a Deo uictoria. Et ſic cùm talis oblationis mille aureorum finis ſit malus, redit caſus reprobatus in primo ſenſu. Clare namque patet, quòd ipſa uoti executio, ſcilicet offerre mille aureos pro iniuſta uictoria, eſt actio formaliter mala, non minus quàm dare eleemoſynam propter inanem gloriam. Non eſt ergo ſic facta promiſſio uotum. Secundò, ut promittatur executio uoti poſt obtentum a Deo finẽ. Et in hoc ſenſu difficultas emergit: quia ex quo iſte eſt conſecutus uictoriã, licet iniuſtã, & uictoria iſta eſt a Deo, quia omne

E bonũ eſt a Deo, licet iniuſtitia eius non ſit a Deo, conſequens eſt, ꝙ teneatur iſte ſeruare promiſſum bonũ, ſcilicet offerre Deo mille aureos. Et confirmatur, quia plus tenetur ſeruare promiſſum homo Deo, quàm alteri homini: ſed homo homini tenetur ſeruare promiſſum bonum, quamuis ex turpi cauſa, ut patet de promiſſa mercede meretrici. ergo homo tenetur ſeruare promiſſum bonum Deo, quamuis ex turpi cauſa ſcilicet, uictoria iniuſta.

¶ Sed cũ nemo, ut Auguſt. dicit, Deo authore fiat malus, aut peior, & quilibet in aſſequendo ſuum malum finem fiat peior, conſequens eſt, quod Deus non ſit author aſſecutionis mali finis: ac per hoc uotum tale blaſphemia potius quàm uotum eſt, & ad nihil omnino obligat, niſi ad pænitẽtiam. Blaſphemum eſt namque attribuere Deo, quòd ipſe concedat iniuſtam uictoriam, non minus quàm quòd ipſe concedat concubitum alienæ uxoris. Par enim eſt ratio de quolibet malo fine: & con-

ſtat, quòd ſi quis promitteret Deo offerre ſibi mille aureos, ſi faceret quòd concumberet cum vxore proximi ſui, blaſphemus eſſet, faciens quantum in ſe eſt, Deum lenonem. Quod autem dicitur, victoriam eſſe a Deo, verum eſt: ſed iſte promittit pro victoria belli iniuſti, quæ vt ſcit, non eſt a Deo. Sicut ēt delectatio cōcubitus, & ipſe cōcubitus eſt a Deo, ſed nō cū vxore aliena, vt ſic pro quali cōcubitu & delectatione ille voueret. Confirmatio quoque nihil adiuuat: quoniā ab homine poteſt obtineri turpe obſequium, a Deo autē non. Nec propterea min⁹ ſolida eſt hæc doctrina, quia ſic vouens nō credit ſe blaſphemare: quoniam ſecū dum naturā voti iudicium fit, non ſecundum iſtius, aut illius ignorantiam.

¶ Sed quid dicendū eſt, ſi votū fieret ſub conditione talis euētus abſolute, & non ſub cōditione determinata ad patrocinium diuinum? v.g. Dux in tali bello vouet ſe oblaturum Deo mille aureos, ſi euenerit victoria, & non ſi Deus dederit, aut non dederit. Reſpondeo, quòd quia ſub quancunque verborum forma votum fiat, ſecundum contentum & intentum ſenſum iudicandum eſt: ideo cùm in huiuſmodi votis bonum promiſſum, puta, oblatio, aliquem ordinem ex intentione vouentis accipiat ad optatum malum, puta, iniuſtam victoriam: quoniam promittendo bonum, ſi malum eueniet, ordinat executionem illius boni ad euentum huius mali, oportet inſpicere qualis ſit iſte ordo promiſſi boni ad malum, & ſecundum illum iudicare. Si enim promiſſum bonum ordinetur quaſi effectiuum, aut imperatiuum mali, puta, ſi dux ſic vouendo intenderet vt per hoc votum aſſequeretur victoriam, iam patet ex dictis, quòd blaſphemia potius quàm votum eſt. Et eadem ratio eſt, ſi oblatio promiſſa ordinetur ad malum, quaſi recompenſatiuum pro gratiarum actione. Vt ſi dux ſic vouendo, intendat ſe obligare ad gratiarum actiones Deo pro beneficio talis victoriæ: continet enim hoc eandem blaſphemiam. Si verò promiſſum bonum ordinetur ad malum ſolo euentu, puta, ſi erit

I victoria, offeram mille: quod tamen difficile eſt accidere homini rationali, cuius eſt conferre vnum alteri, in tali caſu votum eſſet vere votum, & adueniente conditione tenetur ſeruare promiſſum. Et multò magis validum eſt votum ſimile, ſi bonum pollicitum ordinatur ad malum, vt punitiuum, aut vt præſeruatiuum. Exemplum primi. Si quis voueret, quòd ſi committeret adulterium, offerret mille pro pænitentia. Exemplum ſecundi. Si committam adulterium, ingrediar religionem, vt quia ſcit ſe nolle eſſe religioſum, & propterea reddat ſibi adulterium magis alienum, quàm ingreſſum religionis. In his namque, & ſimilibus, vbi nulla eſt mala relatio boni ad malum, aut ad Deum, votum eſt vere uotum, & ligat conditione extante. Aduerte tamen, quòd ſi quis diſcerneret in optato malo, puta, uictoria in bello iniuſto, bonum a malo, & uoueret offerre mille aureos pro conſequendo eo, quod eſt boni in iniuſta uictoria, cùm hoc uere ſit Dei donum, uota huiuſmodi eſſent uere uota, & ualida: eſſemus enim tunc extra caſum, quo promit-

K titur bonum ſupererogationis propter malum finem, quoniam finis eſſet bonus. Et eadem ratione ualida ſunt uota de bono ſupererogationis propter aſſecutionem bonorum temporalium turpibus cauſis annexorum. v.g. Si quis uouet ſe oblaturum ſtatuam argenteam Deo, ſi ex concubina habuerit prolem, ita quòd beneficium optatum ſit generatio, non illicitus concubitus: conſtat enim hoc eſſe Dei beneficium, & licitum deſideriū. Et ſimiliter ſi quis uouet ſe oblaturum decimā partem turpis lucri, ita quòd beneficium optatum ſit lucrari, non cauſa eius, vt ſi quis luſurus ad hoc ut lucraretur, voueret Deo daturum in eleemoſynam decimam parte lucri, uotum eſſet ualidum: quia licet ludere propter lucrum, ſit malum, ex quo tamen ludit, lucrari non eſt illicitum. Ex his autem patet, quid dicendum eſt de votis pugnantium illicite in duello, quia ſcilicet ſi uoueret quis pro incolumitate, aut uita, aut quacunque alia re, quam licite optat, obtinenda, votum uerum eſt. Si autem pro

F occiſione aduerſarij, aut quauis re illicite [illegible] ſphemia potius quam votum eſt. Nec [illegible] verba contra vota conditionalia pro tempor[illegible] quaſi ſit illicitum vouere pro temporalibus [illegible] temporalia pro ſpiritualibus, aut ſpiritual[illegible]

Ad primum ergo dicendum, quòd hoc modo ſub voto baptizatorum cadit abrenuntiare pompis diaboli, & fidem Chriſti ſeruare: quia voluntarie fit, licet ſit de neceſſitate ſalutis. Et ſimiliter poteſt dici de voto Iacob, quā uis etiam poſſit intelligi, quòd Iacob vouit ſe habere dn̄m in Deū per ſpecialem cultum, ad quē nō

G tenebatur, ſicut per decimarum oblationem, & alia huiuſmodi quæ ibi ſubduntur.

Ad secundum dicēdum, ꝙ quædam ſunt, quæ in omnē euētum ſunt bona, ſicut opera virtutis, & alia bona quæ poſſunt abſolute cadere ſub voto. Quædā verò in omnē euentū ſunt mala, ſicut ea quæ ſecundū ſe ſunt peccata: & hæc nullo modo poſſunt ſub voto cadere. Quædā verò ſunt quidem in ſe conſiderata bona, & ſecundum hoc poſſunt cadere ſub voto, poſſunt tamen habere malum euentum, in quo nō ſunt obſeruanda. Et ſic accidit in voto Iephte, qui vt dicitur Iudicum 11. votum vouit Domino, dicens. Si tradideris filios Amō in manus meas, quicumque primus egreſſus fuerit de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertēti in pace, eum offerā holocauſtum Domino. Hoc autē poterat malum euētum habere, ſi occurreret ei aliquod animal non immolādum, ſicut aſinus, vel homo: quod etiā accidit. Vnde & Hier. dicit: In vouendo fuit ſtultus, quia diſcretionem non habuit: & in reddendo, impius. Præmittitur tamen ibidē

H nem bonorum, ſeu expedientium ad bonum [illegible] uotum nihil ualet: ſecundo autem modo [illegible] filare in ſabbatho eſt indifferens: quia nec bon[illegible] morale importat. & propterea mulier [illegible] ſabbato, nihil uouet. Et ſi adiungatur ad [illegible] tho, reuerentia beatæ Virginis, adhuc non [illegible] indifferentiam: quia negatio filationis ob [illegible] Virginis, nullum bonum morale importa[illegible] affirmationem habet annexam, quæ ſit mat[illegible] Virginis. Ordinare ſiquidem talem negation[illegible] beatæ Virginis, eſt nihil ordinare, ſicut [illegible] dem reuerentiam filare. Nihil namque [illegible] tiam vnum, magis quàm alterum. Secus [illegible] vouet non facere opera ſeruilia in reuerentiam [illegible] quoniam hoc habet annexam expeditionem [illegible] ſicut in diebus feſtis. Sed non filare ſi [illegible] impedientibus mentem, & non fit propter [illegible] tis iſta negatio filandi, ſed ex ignorantia [illegible]

I valent huiuſmodi uota, quorum materia [illegible] indifferens remanet. Sed quando materia [illegible] rens, relata autem ad aliud eſt bona, aut exped[illegible] votum valet, ut dictum eſt, uerbi gratia, ire Pariſi[illegible] dam indifferens, & ſi quis vouet ire Pariſium, [illegible] aſtringitur: ſed ſi addatur ad ire Pariſium ob [illegible] tum Dionyſium, tunc ire Pariſium non [illegible] ctus uirtutis, puta, religionis, & propter [illegible] militer ire domum talis uiri, eſt actus indifferens [illegible] ire ad illam domum eſt mihi in ſcandalum [illegible] abuſum ludi, aut occurſum alicuius mulieris, [illegible] iuſmodi, tunc non ire domum illam relatum ad [illegible] mæ meæ, eſt de genere expedientium, & per [illegible] conſultorum a Domino: iuxta illud. Si manus [illegible] te, abſcinde eam &c. Et propterea ſi quis ob [illegible] uet non ire illuc, uotum ualet. Sed [illegible] ceſſante illa ſuperaddita relatione, quæ [illegible] dientis mihi, ceſſet uotum. v.g. Vouet quis [illegible]

K domum, ut fugeret ludum malum, [illegible] poſt lapſum temporis in domo illa non [illegible] mulier, aut non amplius luditur ibi, [illegible] ti uinculum, ita quòd libere poſſit ille [illegible] Et reſpondendum eſt, quòd licite poſſ[illegible] lam, quia non ire ad domum illam [illegible] uoti. Ex hoc namque non ire ad illam [illegible] ria uoti, quia relata erat ad euitandum [illegible] te ergo fundamento relationis, puta, [illegible] ſat relatio, & mutatur materia illa de relata [illegible] per hoc de expediente in indifferentem, [illegible] uoti. Sine ergo diſpenſatione aliqua licite p[illegible] illam in hoc caſu. Et quoniam de ſimilibus [illegible] docti uiri erit in huiuſmodi uotis [illegible] cta iudicare.

quòd factus eſt ſuper eũ ſpiritus domini: quia fides & deuotio ipſius, ex qua motus eſt ad vouẽdũ, fuit a Spirituſancto. Propter qđ ponitur in catalogo Sanctorum, & propter victoriam quam obtinuit: & quia probabile eſt eum pęnituiſſe de facto iniquo, quod tamen aliquod bonum figurabat.

Ad tertium dicendum, quòd maceratio proprij corporis, puta, per vigilias & ieiunia, non eſt Deo accepta, niſi inquantum eſt opus virtutis: quod quidem eſt inquantum cum debita diſcretione fit, vt ſcilicet concupiſcentia refrænetur, & natura non nimis grauetur. Et ſub tali tenore poſſunt huiuſmodi ſub voto cadere: propter quod & Apoſtolus Rom. 12. poſtquàm dixerat, Exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuẽtem, ſanctam, Deo placentem: addidit, Rationabile obſequium veſtrum. Sed quia in his quæ ad ſeipſum pertinent, de facili fallitur homo in iudicando talia vota, congruentius ſecundum arbitrium ſuperioris ſunt vel ſeruanda, vel prætermittẽda: ita tamen quòd ſi ex obſeruatione talis voti magnum, & manifeſtum grauamen ſentiret, & non eſſet facultas ad ſuperiorem recur-

B rendi, non debet homo tale votum ſeruare. Vota verò quæ ſunt de rebus vanis & inutilibus, ſunt magis deridẽda, quam ſeruanda.

## Articvlvs III.

*Vtrum omne uotum obliget ad ſui obſeruationem.*

AD tertivm ſic proceditur. Videtur, ꝙ non omne votũ obliget ad ſui obſeruationẽ. Homo.n. magis indiget his, quæ per alium hominẽ fiũt, quàm Deus,

C qui bonorũ noſtrorũ nõ eget: ſed promiſſio ſimplex homini facta,

¶ Circa bona quæ non ſunt præcepta, nec conſulta, vt nubere, dubium occurrit, An vouens nubere, uerum votum emittat, & conſequenter teneatur nubere. Videtur enim primo, quòd ſic. Primò, quia votum non minus obligat, quàm iuramentum: ſed iurans nuptias, tenetur ad illas, niſi ingrediatur religionem. ergo eodem modo vouens. Et cõfirmatur: quia votum de minori bono, dummodo non ſit excluſiuũ maioris, tenet: alioquin votum non poſſet fieri niſi de optimo, aut compoſſibili cũ optimo: & ſic multa vota perirent, vt patet de vouentibus perpetua ſeruitia hoſpitalibus, & huiuſmodi, quæ non ſunt compoſſibilia cum optimo. Scriptum eſt enim: Optimam partem elegit ſibi Maria. In oppoſitum eſt: quia voti materia eſt bonum ſupererogationis: conſtat autem matrimonium nõ eſſe bonum ſupererogationis. ergo.

¶ Ad euidentiam huius difficultatis aliter oportet procedere, quã i indifferẽtibus, quæ vana ſunt reſpectu Dei: & quàm in formaliter oppoſitis conſiliorum, quæ non ſunt de genere bonorum, quorum vinculum diſplicet Deo, vt oſtenſum eſt: quoniam hæc, de quibus eſt quæſtio, ſunt bona moraliter, & vt patet, primæ ad Cor. 7. Qui matrimonio iungit virginem ſuam non ſolum non peccat, ſed bene facit. Conſiderandum itaque eſt, quòd quoddam eſt boni genus, quod non ſolum eſt tale bonum opus, ſed continet in ſe ſtatus mutationẽ, vt patet de matrimonio. Qui enim matrimonium contrahit, ſtatum mutat: quoniam de ſtatu continentium ad ſtatum tranſit coniugatorum. Mutatio autem ſtatus poteſt eſſe duplex, ſcilicet deſcenſiua, & aſcenſiua. Et quia mutatio de ſtatu continentium ad ſtatum coniugatorum non eſt mutatio aſcenſiua, ſed deſcenſiua, vt patet primæ ad Cor. 7. conſequens eſt quòd, per ſe loquendo, nubere eſt deſcẽdere a ſtatu meliori ad ſtatum minus bonum. Sed quoniam ſtatus non ſemper conſonat perſonæ, quoniam multi ſunt in ſtatu continentiũ qui non ſunt continentes, quibus dicitur ab Apoſtolo, Melius eſt nubere quàm vri: ideo diſtinguendum eſt, quòd votum nubendi dupliciter fieri poteſt. Primo abſolute: & ſic non valet: quia eſt votum de declinando a ſtatu continentium ad ſtatum coniugatorum, quæ declinatio etſi ſit licita, eſt tamen minus grata Deo, cui fit promiſſio votiua, quàm perſeuerantia in ſtatu continentium, in quo manet vouens. Conſtat enim quòd promiſſio de minus grato alicui, quàm ad quod habet, non obligat illi: quia mallet perſeuerare in eo quod habet. Hæc autem eſt huiuſmodi, quia eſt promiſſio de declinando a meliori. Et de Deo ſcriptum eſt, quòd mouet ad diſponendum aſcenſiones in corde hominis, quem adiuuat. Non eſt igitur, abſolute loquendo, votum, cùm quis vouet nubere. Secundò, poteſt dictum votum fieri propter fornicationem vitandam, quia ſcilicet cognoſcit ſe labilem, & niſi nubat, cadet in crimina multa; & ſecundum antedicta votum videtur validum: Quia ſi votum de indifferenti abſolute, differenti autem quo ad cautelam a malo, obligat, ut dictum eſt, a fortiori votum de bono remedium daturo tot periculis obligat. Et hæc quidem ratio concluderet, niſi eſſet differentia in hoc, quòd indifferens relatum ad cautelam, nullam implicat culpam. Matrimonium autem relatum ad vitandam propriam fornicationem, culpam continet venialem apud Authorem in quarto ſententiarum, diſt. 31. ratione ſuperfluitatis. Nullum autem culpabile poteſt ſub voto cadere: & propterea hoc ſequendo diceretur, quòd nec ſic votum nubendi valet. Ego autem non video ſuperfluitatem aliquam in tali remedio reſpectu humanæ naturæ ſic infirmæ, vt eſt. Quoniam ſi in carne præter carnem viuere, angelicum potius eſt, quàm humanum, conſequens eſt quòd communiter loquendo, ſuperare ac domare cõcupiſcentias ſub perpetua continentia, angelicum quoque ſit, & heroicæ virtutis, nõ humanæ: ac per hoc humana ratione vtẽdo,

A ſapientis viri, qui non poteſt ſe continere, eſſe videtur vti tali remedio: & quicquid detrimenti actualis rationis in huiuſcemodi matrimonio continget, recõpenſatur non ſolum ex bono euaſionis tot periculorum, ſed etiam ex quiete multo maiore paſſionũ concupiſcentiæ, vt experientia teſtatur. Et ſic opinor votum nubẽdi factum propter fornicationem vitandam ab impotente ſe continere propter ſuã fragilitatem &c. eſſe validum: quia nulla culpa huiuſmodi matrimonio eſſe videtur. Nec propterea arguo Authorem, qui abſolute loquitur de matrimonii vſu propter fornicationem vitandam. Hoc tamen in loco proprio, Deo dante, dicetur reſolute examinando matrimonii bona, vt eſt officium, vt eſt contractus, vt eſt remediũ, vt eſt ſacramentum.

¶ Ad rationes igitur in oppoſitum pro quanto inferunt, ꝙ votum nubendi eſt abſolute validum, reſpondendum eſt. Et ad primã dicitur, ꝙ licet non minus obliget votum, quàm iuramẽtum, tamen alii obligat votum, & alii iuramentum. Nam votum ſoli Deo fit, iuramentum autem homini præſtatur. Ac per hoc ſicut alios contractus rerum iuramento inter homines firmatos, tenetur quis ſeruare, ita contractum perſonarum. Licet enim Deo minus grata ſit promiſſio matrimonij, quàm perſeuerantia in ſtatu continentiæ, homini tamen cui facta eſt promiſſio matrimonii, magis grata, ac per hoc debita eſt obſeruatio promiſſi, quàm recedere a promiſſo. 4. diſ. 38. q. 1. art. 3. q. 1. & ar. 4. q. 1. co. & ad 3.

¶ Ad ſecundam dicitur, quòd votum de minori bono poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet in genere, vel abſolute. Si in genere bonorum ſupererogationis, ſic verum eſt, quòd validum eſt, vt obiiciendo probatur. Poteſt enim ſub voto cadere quodlibet ſupererogationis bonum, quantuncunque vnum ſit minus alio. Si abſolute, ſic non eſt verum vniuerſaliter, vt patet ex dictis.

D ¶ In reſponſione ad ſecundum, nota quòd Author non dicit, Quædam ſunt quæ poſſunt bonum, vel malum euentum habere: ſed dicit, Quædam bona in ſe ſunt, quæ poſſunt bonum, vel malum euentum habere. Nota autem hoc, quia oportet uotum, ſi uotum eſt, habere propriam materiam ſcilicet bonum, ſicut uotum Iepte, cuius materia propria fuit immolare Deo: ſed quia materia remota uoti, quæ erat materia ſacrificii, ſcilicet animal immolatum, erat incerta, potuit habere bonum, uel malum euentum, vt habuit. Præſuppone igitur ſemper in uoti materia bonitatem, & deinde ſcrutare euentus: quoniam vbi deeſſet bonitas, votum non eſſet. Et propterea dictum eſt, quòd nec illicita, nec oppoſita conſiliorum, nec indifferentia poſſunt eſſe materia uoti: nihil enim horum eſt bonum.

¶ In reſponſione ad tertium in articulo ſecũdo, nota duo. Primò, ꝙ litera non dicit, ꝙ quando obſeruatio uoti eſt manifeſte nociua notabiliter, requiratur recurſus ad ſuperiorem, etiã in promptu habitum: ſed dicit, ꝙ congruentius talia uota ſecundum ſuperioris arbitrium &c. Et ratio eſt, quia deſinit in tali caſu res promiſſa,

E .ſ. abſtinere, eſſe pro tunc materia uoti, ex quo non eſt pro tunc actus uirtutis talis maceratio corporis, ut in litera habes. Secũdò, ꝙ vota de vanis & inutilibus, qualia ſunt indifferentia, ſunt deridenda, & non ſeruanda: & ratio eſt, quia non placent Deo vana, aut inutilia, cui ſola bona placent. Vniuerſaliter quippe verum eſt, ꝙ oportet materiam uoti bonam eſſe moraliter: quàmuis, ut patet ex dictis, hoc non ſufficiat ad uoti materiam.

### ¶ *Super Quæſtionis octuageſimaoctauæ Articulum tertium.*

IN articulo tertio, quæſtio. 88. nota, quòd fides in morali theologiæ doctrina dupliciter ſumitur. Primò, pro uirtute theologali, de qua in principio huius libri tractatum eſt. Secundò, pro uirtute morali, qua (ut Auguſtinus ex Cicerone in quarto de rep. inquit) fiunt dicta, ſeu pollicita, quæ decus eſt principium.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

quæ etiam hoſti ſeruatur, quod dictum eſt. Et de hac modò eſt ſermo, cùm fideles, aut infideles in promiſsionibus ſeruandis dicimus.

¶ In eodem 3. articu. in reſponſione ad primum, caue ne fallaris, neſciens vſum vocabulorum apud authorem, & putes quòd ſimplex promiſſio obliget ſecundum honeſtatem, hoc eſt, congruitatem. error eſt iſte. Vtitur ſi quidem author honeſtatis nomine contra legem exterius coactiuam, vt patet ſuperius in quæſtio. 80. Intẽdit namque author, quòd debitum eſt duplex, ciuile, & morale. Et hoc vocat alio nomine debitum ex honeſtate: & hoc morale, ſeu ex honeſtate debitum, ſubdiuiditur in debitum morale ſine quo honeſtas morum ſeruari nequit, & quod eſt propter melius, vt patet ibi. Ex hoc igitur quòd ſimplex promiſſo obligat ex honeſtatis debito, intellige quòd obligat ſecundum debitum morale, quod ſpectat ad forum conſcientiæ. Vnde & in litera dicitur, quòd obligat ex naturali iure: quàmuis non poſſit ciuiliter cogi, hoc eſt, a iudice dannari. & ex his patet doctrinam in primo articulo traditam de obligatione ſimplicis promiſſionis, eſſe conſonam authori.

¶ Aduerte quoque quantum a ſeipſo in 38. diſt. quarti ſententiarum, differat author hic, dum altius naturam, vimque promiſſionis contemplatus, ex ipſa vim obligatoriam ad Deum intulit.

¶ In reſponſione ad ſecundum in eodem tertio articulo, dubium occurrit, an ille qui vouit hanc religionem in hoc monaſterio determinate, & principaliter, & ſine ſua noua culpa repulſus eſt, teneatur ſeruare caſtitatem. Et eſt ratio dubii, quia in voto religionis, etiam huius, includitur votum continentiæ: ac per hoc ſi non poteſt ſeruare votum religionis, quia hoc non eſt in poteſtate ſua, tenetur ſeruare votum continentiæ, quia hoc eſt in poteſtate ſua, ſicut dicitur in litera de ea quæ vouit virginitatem, & poſtmodum eſt corrupta, quòd tenetur ſeruare quod poteſt, ſcilicet continentiam. Et confirmatur, quia in litera dicitur, quòd ſi illud, quod quis vouet ex quacunque alia, hoc eſt, non culpabili cauſa, impoſſibile reddatur, debet homo facere quod in ſe eſt, vt ſaltem habeat promptam voluntatem faciendi quod poteſt. Iſte igitur qui ſic repulsus eſt, ex quo religio quam vouit, facta eſt ſibi impoſſibilis ex aliorum voluntate, debet habere promptam voluntatem faciendi quod poteſt: conſtat autem quòd poteſt continere. ergo tenetur continere.

¶ In oppoſitum aũt eſt, quia cũ quis vouet quod eſt in alterius poteſtate, ſi ille in cuius eſt poteſtate, non vult, vouens eſt abſolutus ipſo facto, tamquàm votum conditionaliter factum non extante conditione: ſed hoc eſt huiuſmodi. ergo. & confirmatur, quia acceſſorium ſequitur naturam principalis; continentia autem acceſſoria eſt ad religionem. ſi ergo iſte eſt abſolutus a voto religionis, ergo & a voto continentiæ in religione incluſæ.

¶ Ad hoc dici poteſt, negando quòd in tali voto claudatur votum continentiæ. Poteſt enim votum religionis dupliciter intelligi, ſcilicet vt ſit religionis conſtitutiue, vel obiectiue. Nam ſi eſt votum religionis conſtitutiue, hoc eſt, conſtituens religionem, conſtat quòd includit tria eſſentialia religionis vota. Et hoc eſt votum, quod in profeſſione emittitur. Si verò eſt votum religionis obiectiue hoc eſt, habens religionem pro obiecto tantum, quia ſcilicet vouet ſe futurum religioſum, in tali voto non clauditur votum continentiæ: cuius ſignum eſt, quòd ſi antequàm fiat religioſus, fornicaretur, non facit contra votum caſtitatis.

¶ Sed hæc reſponſio licet bene diſtinguat, male tamen ſoluere videtur: quoniã vouens religionem, & eius perſeuerantiam, vouet hinc ad tantum tempus & aſſumere religionis ſtatum, & perſeuerare in eo. In hoc autem ſecundo includitur caſtitatem ſeruare: vnde & adueniente tempore quo eſſet in mora, ſi fornicaretur, faceret contra votum caſtitatis. Manifeſtatur autem hoc eſſe verũ ex eo, quòd ſi habens tale votum, ſtatum matrimonialẽ ingrederetur, non poſſet exigere debitum, ſicut habens uotum continentiæ non poteſt exigere. Sed quoniam difficultas iſta, ſcilicet, An in tali voto claudatur votum continentiæ, non eſt clara, ideo tractanda eſt præſens quæſtio, præſupponendo quòd in uoto ſimplici religionis contineatur votum continentiæ impli-

non obligat ad obſeruandum ſecundum inſtitutionem legis humanæ: quod eſſe videtur inſtitutum propter mutabilitatem humanæ voluntatis. ergo multò minus ſimplex promiſſio Deo facta, quæ dicitur votum, obligat ad obſeruandum.

¶ 2 Præt. Nullus obligatur ad impoſſibile: ſed quãdoque id quod quis vouit, fit ei impoſſibile, vel quia dependet ex alieno arbitrio, ſicut cũ quis vouet aliquod monaſteriũ intrare, cuius monachi eum nolunt recipere: vel propter emergentem defectum, ſicut mu-

F cite. Aliter ergo dicitur diſtinguendo de ... Aut enim intendit ſe obligare ad continentiam ... non poſſet recipi in religione: aut ſi cogitare ... cipiendus, ad nihil intendit ſe eſſe obligatum ... tenetur ad continentiam, in ſecundo non.

lier quæ uouit virginitatem ſeruare, & poſtea corrumpitur: uel uir, qui vouet pecuniam dare, & poſtea amittit pecuniam. ergo non ſemper votum eſt obligatorium.

¶ 3 Præt. Illud, ad cuius ſolutionem eſt aliquis obligatus, ſtatim ſoluere tenetur: ſed aliquis nõ ſta-

G tim ſoluere tenetur illud, quod vouit, præcipue cùm ſub cõditione futura uouet. ergo votum nõ ſemper eſt obligatorium.

Sed contra eſt, qđ dicit Eccl. 5. Quodcumque uoueris, redde. Multòq; melius eſt non vouere,

gionis eſt ſtatus religioſus, ad quem quaſi ... vota obedientiæ, paupertatis, & caſtitatis. ... tum de eo quod eſt in poteſtate alterius, habet ... tionem, ſi ille voluerit, ſeu nõ contradixerit ... eſſet illicitum, aut fatuum: & conſtet quòd vo... do religionis ſtatu in hoc monaſterio, ſtat ... & capituli, conſequens eſt quòd tale votum ...

H ſumendo religionis ſtatu, & perſeuerando in eo ... naſterio, ſi monaſterio placuerit: materialiter ... uanda obedientia, caſtitate, paupertate &c. ... extet in propoſito caſu, quia monaſterium ... tio formalis, quæ ſub conditione pendebat ... ꝙ votum totaliter ceſſat, & licite poteſt talis ... que conſcientiæ ſcrupulo. Et confirmatur hoc ... tatem & paupertatem &c. in voto religionis ... ria: quoniam repræſentatur naturali ordine ... religione ſeruare hæc, opportunum & con... ficiſe eſt, quę remanſuris in ſęculo aut impoſſibilia ... ficilia uidentur, vt communiter vouentes religionem ... manſuros ſe ſcirent, non vouerent hæc. Hoc ... quòd natura talis voti non fertur ſuper hæc, ... ſtatum, & non aliter: quoniam quod comm... gnum naturæ rei eſt. Reddito ergo huic religioni ... uit, impoſſibili abſque ſua culpa, abſolutus eſt ... ſed toto. & ex his patet reſponſio ad obiectionem ...

I quia non niſi materialiter, ſeu ſecundario ... tinentiæ ſub formali & principali conditione ... confirmationem uerò dicitur, quòd author ... bet facere quod in ſe eſt, circa ea ad quæ remanet ... ti. In propoſito autem caſu non remanet obliga... non extante conditione circa principale.

¶ In eadem reſponſione circa eundem caſum, dubium ... An ſemel refutatus ab hoc monaſterio, teneatur ... ctare, ſi forte alias admitteret eum.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ attendendum eſt in hoc caſu ... ſe, an. ſ. ſit temporalis, an perpetua. Nam ſi repulſa ... ſimpliciter, ſed pro nunc, tenetur expectare ... non eſt ſimpliciter refutatus. Si autem repulſa ... oportet amplius expectare, manifeſtato ... quia hoc forte eſſet inductiuum eorum ad ...

¶ In eadẽ reſponſione dubiũ occurrit de eo, qui ... ter religionẽ, aut religionẽ talem, puta Prædicatorum ...

K eſt a multis religionibus, aut a pluribus locis ... an teneatur quærere per omnes religiones, & ...

¶ Ad hoc dicitur, quòd quantum eſt ex natura ... omnes requirere, ſi ſpes eſt, quòd alicubi ... Et ratio eſt, quia ex quo obligauit ſe ad id, quod ... tis, debet omnes, a quibus dependet, requirere ... quantum eſt ex natura uoti, quia ex intentione ... aliter accidere. Nam ſi uouens non intendebat ... ſi ad religiones ſibi notas, & in locis propinquis ... limites ſuæ intentionis exire. Vnde adoleſcens ... quæ uouet ingredi religionem, & nullum ... pinquis locis inueniens monaſterium, quod ... quòd quieſcit patienter reputans ſibi eſſe ... quod uouit, ſatis oſtendit facto ſuo, quòd non ... gare ut iret, aut mitteret per mundum quærendo ...

modo poteſt diſcerni intentio uouentiū. Nullus ſiquidē in Italia uouens religionem, intenderet ſe obligare ad eundum in Greciam, Daciam, & ſimilia, ſi hoc ſibi diceretur, quando uouet. ¶ Sed quid, ſi talis non inuenit niſi monaſteria non reformata parata ad eius receptionem, numquid obligatur.

quàm poſt votum promiſſa non reddere.

Respon. Dicendum, quòd ad fidelitatē hominis pertinet, vt ſoluat id quod promiſit. Vnde ſecūdum * Auguſtinum fides dicitur ex hoc, quòd fiūt dicta. Maxime aūt debet homo Deo fidelitatem, tum ratione dominii, tū etiā ratione beneficij ſuſcepti. & ideo maximè obligatˉ homo ad

¶ Dicendum, quòd ſiue uocentur monaſteria reformata, ſiue non, ſi publice conſtat quòd non ſeruatur ibi regularis diſciplina, ſed quilibet uiuit ad placitum, & reputatur malę conſcientiæ fere omnes, non tenetur perſona, quæ uouit religionem, in ueritate ſubire conuerſationem talium monaſteriorum. Scriptum eſt enim, cum peruerſo peruerteris. Secus autem eſt, ſi uocarentur uitæ communis, & tamen in ueritate bene uiuerent cum timore domini in ſubſtantialibus, & multis accidentibus ſub prælatorum cura in ueritate: quàmuis non ita diſtricte viuerentur, ut regularis exigit diſciplina. Hoc enim modo omnes antiquæ hodie videntur eſſe religiones ſecundum veritatem: quamuis ſecundum vocabula quædam regularis vitæ vocentur, & ſint in reſpectu ad laxiores.

¶ In eadem reſponſione, pro quanto ibi tractatur, quando votum eſt factum impoſſibile ex culpa vouentis, dubia duo ſimul occurrunt. Primum eſt, Ad quid tenetur, qui vouit ingredi religionem, & poſtmodum contraxit, & conſumauit matrimonium. Secundum eſt, Ad quid tenetur, qui vouit perſeuerare in religione, & poſt contraxit, & conſumauit matrimonium. In vtroque ſiquidem caſu factum eſt votum impoſſibile vt obſeruetur, ex culpa vouentis, qua voluntarie coniugem ſe conſtituit.

¶ Ad primum horum dicitur, quòd cùm votum de ingreſſu religionis intelligatur, ſecundum formam Eccleſiæ, ſcilicet vt ingrediatur bona fide probaturus & probandus, manifeſte patet, quòd in tali voto non clauditur votum continentiæ, niſi in potentia, quæ eſt conditio diminuens: homo enim in potentia, non eſt homo, & ſimile eſt de aliis religionis votis. Vnde durante impoſſibilitate implendi votum de ingreſſu huiuſmodi, ad ſolam pænitentiam peccati, quia fecit ſe impotentem, & voluntatem implendi, quando poterit, remanet obligatus.

¶ Ad ſecundum vero dubium, quia ponitur ſub voto cadere perſeuerantiam in religione, non facile liquet ad quid remanet obligatus. Diſcordia ſiquidē apparet in principijs, & in applicatione ad concluſionem. In principiis quidem, quoniam ut prius tactum fuit, votum ſimplex religionis creditur differre in materia a voto ſolenni profeſſionis: ita quòd materia voti profeſſionis eſt obedientia, paupertas, caſtitas &c. Materia autem voti ſimplicis, cùm ſcilicet quis vouet religionem aſſumere, & perpetuo permanere, eſt ipſa profeſſio in veritate: in hoc enim clauditur, vt perſeueret. Non enim plus tenetur ad perſeuerandum in religione, qui prius votum ſimplex habuit de religione abſolute, quod includit perſeuerantiam, & poſtmodū eſt profeſſus, quàm qui ſine præcedente ſimplici voto profeſſus eſt: quoniam non plus cadit ſub voto ſimplici religionis, quàm perſeuerantia debita ex profeſſione, vt patet extra, de voto capit. Per tuas. ubi Epiſcopo Gebenenſi præhabenti votum religionis, dicitur quòd fiat religioſus. Et ſi poſt fuerit iterum ab Eccleſia Gebenenſi factus epiſcopus, poterit eſſe epiſcopus. Idem eſt ergo uouere ſe futurum religioſum, & ſe ingreſſurum, & perſeueraturum in religione, & ſe profeſſurum religionem. Conſtat autem quòd ſi quis uouet ſe profeſſurum religionem, materia talis uoti eſt ipſa profeſſio, cuius profeſſionis materia ſunt obedientia, paupertas, & caſtitas. Non eſt ergo eadem materia utriuſque uoti religionis ſimplicis ſcilicet, & ſolennis. Aliis autem uidetur quòd materia utriuſque uoti eſt eadem, ſic, quòd tota materia uoti ſolennis eſt materia uoti ſimplicis, quamuis non econtra: quia etiam ipſum uotum ſolemne eſt materia uoti ſimplicis. Et ratio horum eſt, quia promiſſio eſt propter promiſſum, ac per hoc magis tenditur per uotum ad promiſſum, quàm ad obligationem promiſſi: quemadmodum magis tenditur ad terminum, quàm ad uiam. Promiſſio enim, & obligatio propter rem promiſſam fit, & ordinatur ad illam, ſicut uia ad terminum. Vnde qui uouet profiteri, cum profiteri importet promiſſionem, & obligationem ad caſtitatem &c. non uouet profiteri, niſi propter eſſe religioſum, obedientem, pauperem, caſtum. Cadit ergo ſub uoto ſuo tota materia profeſſionis, ad quàm directe tendit media profeſſione. Et confirmatur, quia ſecundum

A Anſelmum, votum ſe habet ad opera, quæ ſunt illius materia, ſicut arbor ad fructus: ita ꝙ qui vouet dat arborem, & fructus, & non dat arborem reſeruando ſibi fructus: quoniam nihil voueret, nec fructus ſolos, ſicut qui facit bonum ſine uoto. Conſtat autem quòd promittens arborem cum fructibus, habet pro materia

hoc, quòd impleat vota Deo facta. Hoc enim pertinet ad fidelitatem quam homo debet Deo. Fractio autem voti eſt quædam infidelitatis ſpecies. Vnde Salomon rationem aſſignat, quare ſint vota reddenda: quia diſplicet Deo infidelis promiſſio.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ B ſecundum honeſtatē ex qualibet promiſſione homo homini obli-

promiſſionis utrumque, ſcilicet arborem, & fructus, & tenetur ad vtrumque. ergo qui uouet profiteri, habet pro materia voti ꝓfeſſionem, & opera ſequentia, ſcilicet obedire &c. Ex hac autem diſcordia in principijs, deducitur diuerſa concluſio. Nam ſecundum primam viam dicitur, quòd in caſu poſito, tenetur tranſgreſſor ultra pœnitentiam ſolum modo ad uoluntatem implendi votum quando poterit. Iuxta ſecundam autem viam tenetur ad hæc, & opera religionis, quæ poteſt facere in illa impotentia profitendi conſtitutus.

¶ Duabus autem exiſtentibus his extremis opinionibus, media via incedendum eſt, & dicendum, quòd votum quo quis ſe obligat ad eſſe religioſum, habet duplicem materiam, ſcilicet proximam ac immediatam, & remotam ac mediatam: & quòd materia eius proxima ac mediata eſt aſſumere ſtatum religioſum, ſeu (quod idem eſt) profiteri religionem, ſeu obligare ſe voto ſolemni ad religionem. Materia autem remota & mediata eſt obedire, continere, abdicare a ſe proprietatem rerum. Declaro ſingula. Primò, quòd utrum-
C que ſit materia talis uoti: ſecundo, quòd primum ſit materia proxima ac immediata: tertio, quòd ſecundum ſit materia remota ac mediata. Quòd enim utrumque ſit materia talis voti, patet ex hoc, quòd ex vi voti non per accidens, ſed per ſe tenetur quicumque eſt aſtrictus tali voto non ſolum ad profitendum religionem, ſed ad obſeruandam religionem non minus, quàm iurans alicui accipere illam in uxorem, tenetur non ſolum contrahere per uerba de præſenti: ſed habere ſe ad illam ut uxorem. & ratio vtrobique eſt eadem, quia ſcilicet, profeſſio, & contractus matrimonij vane promitteretur, niſi propter opera religionis, & coniugij. Quòd vero profeſſio ſit proxima & immediata materia talis uoti, patet ex hoc, quòd directe abſque vllo medio tale uotum attingit ipſam. Qui enim promittit ſe religioſum fore, promiſſionem ſuam directe, & immediate applicat ſuper profeſſione facienda, qua conſtituitur religioſus. Quòd autem opera religionis, ſcilicet, obedire, continere &c. ſint mediata, & remota materia talis uoti, pa-
D tet ex hoc, quòd non cadunt ſub tali uoto, niſi mediante profeſſione, cuius hæc opera ſunt materia. Sicut qui uouet ſuſcipere ordinem ſacrum in Eccleſia occidentali, habet pro materia proxima ſuſcipere ordinem, & obligare ſe ad continentiam: pro materia uerò remota habet ipſam continentiam, quæ eſt materia uoti, quæ in ſuſceptione ordinis ſacri emittitur. Duabus autem talis uoti exiſtentibus materiis diuerſimode, ſic quòd una non niſi mediante alia cadit ſub uoto, conſequens eſt, quòd ſecundaria ſequatur naturam primæ: mediata, naturam immediatæ quò ad obligationem & non obligationem: quia cùm uotum ipſum obligatorium ſit, eodem modo materia uoti refertur ad obligationem, quò refertur ad uotum. Quod igitur non niſi mediante alio eſt materia uoti, illud non niſi mediante eodem eſt materia obligationis: ac per hoc cùm operà obedientiæ, continentiæ, & abdicationis proprietatis rerum non niſi mediante profeſſione cadunt ſub ſimplici uoto religionis, oportet, ut non niſi mediante profeſſione cadant ſub obliga-
E tione dicti uoti ſimplicis. & ex hoc manifeſte ſequitur, quòd quicquid excuſat a profeſſione, excuſet a conſequentibus, ſeu comitantibus uinculis, & operibus. Ac per hoc ſi quis uouit non ſolum ingreſſum religionis, ſed etiam perſeuerare, ſeu, quod idem eſt, profiteri, & poſtmodum conſumauit matrimonium, non tenetur ad uota obedientiæ, paupertatis, caſtitatis, & reliqua concomitantia, quamdiu in ſtatu iſto eſt: quoniam ex quo excuſatur a proxima, & immediata materia uoti, ſcilicet profeſſione, excuſatur quoque a remota & mediata, ſcilicet operibus caſtitatis, obedientiæ &c. quæ nō niſi mediante profeſſione fuerunt & ſunt materia ſimplicis uoti. Nec refert quò ad hoc, quòd culpabiliter ſe poſuit in hoc ſtatu: quia culpabiliter ſe poſuiſſe in hoc ſtatu, bene facit quòd iſte peccauit, & quòd tenetur pænitere, ſed non facit quod non excuſetur a profeſſione. Executio namque a profeſſione eſt



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

effectus non culpæ,aut meriti, ſed eſt effectus ſtatus, in quo iſte inuenitur. Vnde & in litera ille, cui ex ſua culpa votum eſt redditum impoſſibile,non dr̃ quòd teneatur ad aliquid plus,quàm ille,cui ſine culpa ſua redditū eſt impoſſibile, præter pænitentiā.

¶ Confirmatur autem hoc tripliciter. Primò, quia ſi quis apud nos uouit ſe poſt annū ſuſcepturum ordinem ſacrum, & elapſo anno non impleat votum, ſed declinet ad alia &c. iſte licet peccet non implendo votum, non tamen peccat non dicendo officiū diuinum, ad quod obligaret ordo ſacer, quod cadit ſub ſuo voto conſequenter. Et ſimiliter ſi fornicatur, non peccat contra votum continentiæ, quod iñ ordine ſacro fuerat emiſſurus. Secundo, quia cùm votum ſit quædam ſingularis lex, quam homo ſibiipſi inſtituit, eodem modo iudicandum eſt de obligatione voti,quo iudicatur de obligatione legis. Conſtat autem quòd ſi eſſet lex obligatiua alicuius, vt fieret poſt tale tempus ſubdiaconus,aut religioſus,& iſte elapſo tempore non obediret legi, ſed vagaretur ad libitum, non eſſet in eo culpa, ſecundum affectum, & ſpeciem, niſi omiſſionis eius, quod tenebatur ſuſcipere: nec exigeretur ab eo, quare non ſeruat paupertatem, continentiam, obedientiam, aut quare non dicit officium &c. ſed quare non ſuſcepit ſubdiaconatum, aut religionem. Tertiò, ducendo ad inconueniens: quia ſi deſtruendo huius ſolutionis fundamentum dicatur, quòd ſub voto cadunt opera religionis, & profeſſio eorundem, ſequitur quòd habens tale votum, ſi eſt coniugatus, teneatur ad votum paupertatis (Poteſt enim habere ſolam adminiſtrationem bonorum abſque proprietate in matrimonio) Sequitur quòd teneatur ad votum obedientiæ in his, quæ non contrariantur coniugio, & ſimiliter caſtitati: immo ſequitur quòd teneatur dicere horas canonicas, ſi profeſſi tenentur, quæ inconuenientia videntur. Et ſi quis ſequelas ex voto obedientiæ conſideret, deducet ſubiectionem huius reſpectu regulæ, & ſtatutorum, & cenſurarum illius religionis, quam vouit aſſumere, & exinde tot, vt abſurdum ſit audire. Dicendum eſt igitur ad quæſitum, quòd ad pœnitentiam magnam tenetur, quia magni reatus peccatum incurrit, & ad voluntatem profitendi religionem quando poterit: nec video quòd teneatur de neceſſitate ſalutis ad aliud, deberet tamen bonis operibus exhibere ſe quaſi religioſum. Vnde collige quòd votum religionis tripliciter dicitur ſcilicet votum de ingreſſu religionis: & votum de profeſſione religionis: & votum de ipſa religione, quod ſolum proprie dicitur votum religionis, quod ſi fiat ſine Eccleſiæ approbatione, eſt ſimplex: ſi cum approbatione, eſt ſolenne. Vnde etiam videre potes, quàm differens ſit propria materia in primo, ſecundo, & tertio, & quòd eadem eſt materia tertii, & quarti.

¶ Ad rationes verò aliarum opinionum reſpondendo dicitur, quòd prima opinio fauet noſtro propoſito, dum ponit diuerſitatem materiæ: & verum dicit loquendo de materia proxima, & immediata,penes quam cætera penſantur. Secunda autem opinio fundata in ratione cum ſimilitudine non habet neceſſitatem: quoniam ex hoc quòd promiſſio eſt propter promiſſum, nihil aliud habetur, niſi quòd vana eſſet promiſſio abſque debito promiſſi: ac ex hoc optime infertur, quòd debitor futuræ promiſſionis, eſt debitor ad conſtituendum ſe obligatum ad exequendum id, quod ſub futura promiſſione cadit. Et non ſequitur, quòd iſta promiſſio prima, qua obligo me ad promittendum, cadat ſub executione futuræ promiſſionis, vt patet in exemplo. Si quis promiſit alicui quòd poſt menſem ducet eam in vxorem, ſub hac promiſſione non cadit, quòd teneatur ei reddere debitum coniugale, ad quod tamen obligabitur ex contracto coniugio, quod eſt quaſi ſecunda promiſſio, ad quam ſecundam promiſſionem tenetur ex prima, vt patet.

¶ Ad id verò quod additur, quòd magis quæritur opus, quàm promiſſio, ſicut terminus quam via, reſpondetur, quòd reddendo ſingula ſingulis reſpectu cuiuſlibet promiſſionis, uerum eſt,quod magis quæritur opus quàm promiſſio. Sed error eſt in hoc, quod reſpectu primi voti, ſcilicet ſimplicis, opus eſt ipſa

gatur, & hæc eſt obligatio iuris naturalis.Sed ad hoc quòd aliquis obligetur ex aliqua promiſſione obligatione ciuili, quædam alia requiruntur. Deus aūt etſi bonis noſtris nō egeat, ei tamen maxime obligamur: & ita votum ei factum,eſt maxime obligatorium.

A D SECVNDVM dicendum, quòd, ſi illud quod quis vouit, ex quacumque alia cauſa impoſſibile reddatur, debet hoc facere quod in ſe eſt, ut ſaltem habeat promptam voluntatem faciendi quod poteſt. Vnde ille qui vouit monaſteriū aliquod intra-

F ſolennis profeſſio,& non opus obedientiæ ſi[...]
ceditur, quod ſicut profeſſio fit propter obedi[...]
votum ſimplex fit propter profiteri. Hoc eſt[...]
lummodo immediate ordinatur promiſſio[...]
& hoc opus eſt terminus uoti ſimplicis:& eſt[...]

re, debet dare operam, quantum poteſt, vt ibi recipiatur. Et ſi quidem intentio ſua fuit ſe obligare ad religionis ingreſſum principaliter, & ex conſequenti elegit hāc religionem, uel hūc locum, quaſi magis ſibi congruentem, tenetur, ſi non poteſt ibi recipi, aliam religionem intrare.

G Si autem principaliter intendit ſe obligare ad hanc religionem, vel ad hunc locum propter ſpecialem complacentiam huius religionis, vel loci, non tenetur aliā religionē intrare, ſi eū illi recipere nolūt. Si verò incidit in īpoſſi-

ſine arbore, & non comparat vouentem ſutu[...]
mittentem arborem, & fructus. Dicitur ſecu[...]
ſa ſimilitudine ad propoſitum, debet cum [...]
gi, diſtinguendo quod fructus poſſunt dupli[...]
modo, ex æquo cum arbore, ac ſi promitta[...]
borem ex vne parte, & fructus ex altera. Al[...]
quodam, ſcilicet mediationis, & immediati[...]
H bor promittatur immediate, & fructus media[...]
ergo promitteret arborem ſeorſum, & fru[...]
vtrumque teneţur. quia duo promiſit: qui [...]
ctus prout ſunt in arbore, non teneţur niſi ad [...]
ſam,nihil ſibi reſeruando. Votum autem qu[...]
turum religioſum, aſſimilatur promittenti a[...]
bus ſecundo modo, & non primo: & prop[...]
niſi ad profeſſionem fructuoſam, immo ex [...]
quitur contra arguentem. Quia quemadmod[...]
arbore, etiam ab ipſo qui promiſerat, non [...]
ſare niſi quantum ualeat illa arbor fru[...]
ſingulis annis dare ei fructus, qui produ[...]
ciſa facultate profitendi Deo, niſi de fru[...]
ne, & non de operibus ipſis, qui fuiſſent fru[...]
tenetur.

¶ In eadem reſponſione ad ſecundum eſt [...]
dubium occurrit, de illa quæ vouit virgi[...]
I continentiæ abſolute, ſed continentiæ virgi[...]
culpabiliter teneatur continere. Et eſt ratio di[...]
fuiſſet præſcia ſui caſus, non vouiſſet, ſ[...]
ſet corrupta. Allegatur ſiquidem dictum [...]
ctione 4. ſententiarum, quæſtione 1. articul[...]
primum, quod illud quod votum fiendum [...]
eſſet, etiam voto facto obligationem auſe[...]
ſcretio obligationis votorum fundanda [...]
tem in propoſito caſu hoc accidere,ergo. [...]
munis doctorum ſententia de voto virgi[...]
tionabile ſit, multas ſi non eſſent virgines, [...]
ras uoto.

¶ Ad hoc dicitur,quod de voto dupliciter lo[...]
cet, aut ſecundum naturam voti, aut ſecund[...]
uentis. Et ſi in propoſito eſt dicendum, ſecund[...]
lis voti, ſcilicet virginitatis, cùm ſeruare virgi[...]
ſiſtat in operatione, ſed in non operando, [...]
in negatione venereæ voluptatis volunta[...]
K pro quodam tempore, ſed ſemper [...]
(exigitur namque ad uirginem, quod num[...]
neream admiſerit uoluptatem) conſequens [...]
tatis ex ſua natura obliget ad numquam [...]
admittere opus. Et quia vniuerſali nega[...]
ris affirmatiua contradicit, ideo uoto de [...]
venere, quocumque tempore admittatur, [...]
eſt ergo amore virginitatis uouere, & [...]
admittendi uenereram uoluptatem. Ac per h[...]
na poſt uotum uirginitatis ſemel delique[...]
obligatione numquam delinquendi. S[...]
cundum intentionem uouentis, ſic non eſt [...]
tum ultra limites intentionis uouentis [...]
qua hac præciſe intentione uouiſſet, [...]
gat ipſam perdere, non uult amplius obl[...]

bilitatem implendi votum ex propria culpa, tenetur insuper de propria culpa præterita pænitentiam agere: sicut mulier quæ vouit virginitatem, si postea corrumpatur, non solum debet seruare quod poteſt, scilicet perpetuam continentiam, ſed etiam de eo, quod amiſit, peccando penitere.

Ad tertium dicēdũ, quòd obligatio voti ex propria volũtate, & intentione cauſatur. Vnde dicitur Deuteron. 23. Quod ſemel egreſſum eſt de labijs tuis, obſeruabis: & facies ſicut promiſiſti domino Deo tuo, & propria voluntate, & ore tuo locutus es. Et ideo ſi in intentione & voluntate uouentis eſt obligare ſe ad ſtatim ſoluendũ, tenetur ſtatim ſoluere. Si autem ad certum tempus, uel ſub certa conditione, nō ſtatim tenetur ſoluere, ſed nec debet tardare vltra quàm intēdit ſe obligare. Dicitur.n.ibidem. Cùm votũ voueris domino Deo tuo, nō tardabis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus: & ſi moratꝰ fueris, reputabitur tibi in pc̄tm̄.

ex voto poſt perditam virginitatem de cætero continere. Perinde enim eſſet ac ſi vouiſſet, ſe non prima vice admiſſuram venere am voluptatem. Verum talis intentio non probatur in aliqua perſona ex allatis, dubitando. ſcilicet ex hoc, quòd ſi fuiſſet præſcia ſui caſus, non vouiſſet. Conſtat namque innumera pacta valida eſſe talia, ſcilicet, quòd ſi affuiſſet a principio præſcientia futurorum, non fuiſſent facta, vt patet de matrimonijs, & profeſſionibꝰ multis. Similiter nec ex hoc, quòd ſi fuiſſet nō virgo, non vouiſſet: hoc namq; ſpectat ad excitationem ad votum, & non ad conditionem obligationis. Non enim ex hoc fit votum conditionale, ſed incitat ad faciendum votum abſolute. Authoritas autem allata authoris non ſuffragatur, & male videtur intelligi: quoniam author loquitur de impedimento voti, & non de impedimē to voluntatis vouentis. Et docet, quòd quicquid impediet votum fiendum, aufert voto facto obligationem, vt patet de materia impoſſibili ibidem pluribus exemplis. Oportet enim votum habere materiam poſſibilem, quoniam ad impoſſibile nemo tenetur. & non docet, quòd quicquid impediret voluntatem vouētis, ſi præſens eſſet, auferat a voto obligationem. Hæc enim doctrina vniuerſas religiones cum clero eneruaret: quoniam innumeri euentus, ſi præſentes eſſent quando fit votum, impedirent voluntatem vouentis, qui tamen non auferunt voto facto obligationem.

¶ Circa eandem materiam, ſcilicet, votum continentiæ, occurrunt duo dubia mota ab aliis, ſed minus, vt uidetur, bene ſoluta. Primum eſt, An uotum non nubendi, ſit uotum caſtitatis. Secundum eſt, An concubina, uel meretrix, ut ſatisfaciat lenoni ſuo timenti ne eam deſerat, uouens non nubere, poſſit poſt licite nubere.

¶ Ad primum dubium, quod in quolibeto noſtro primo tractatu, iterum dicitur, quòd uotum non nubendi æquiualet uoto caſtitatis, quò ad propriam materiam uoti caſtitatis, licet non quò ad communem materiam uotis & præcepti.

¶ Ad cuius euidentiam ſcito, quòd uotum caſtitatis habet duplicem materiam, ſcilicet communem, & propriam. Materia propria eius eſt caſtitas ſupererogationis, quæ directe opponitur operibus matrimonii: quoniam propria materia uoti eſt bonum ſupererogationis. Materia uerò communis eius eſt caſtitas oppoſita luxuriæ: & propter hanc communem materiam fit, ut habens uotum caſtitatis, ſi fornicetur, faciat contra uotum. Iam enim dictum eſt, quòd uotum proprie dictum, cadit ſuper materiā communem, & non ſolum ſuper propriam, dum dictum fuit, quòd neceſſaria ad ſalutem poſſunt eſſe materia uoti proprie dicti: in uoto autem non nubendi conſtat, quòd ſola caſtitas ſupererogationis clauditur. Aequiualent ergo uotum non nubendi, & uotum caſtitatis, quò ad propriam materiam uoti: quamuis ille qui habet uotum non nubendi, ſi fornicetur, non faciat contra uotum. Hæc enim differentia ex materia communi uoti, & non ex propria procedit, ut patet ex dictis. Et quia uota ſecundum propriam materiam uoti primo conſiderantur, iudicantur, diſpenſantur, & commutantur: ideo eiuſdem rationis ſunt ambo, licet non aduertentes ad huiuſmodi diſtinctionem, aliter dicere uideantur.

¶ Ad ſecundum dubium ſub dubitatione relictum in 38. diſtin. 4. ſententiarum a Petro de Palude, dicitur cum diſtinctione, quòd aut mulier talis intendit uere uotum emittere, & obligare ſe ad id, quod tale uotum ex ſe natum eſt obligare, quàmuis non intendat ſeruare caſtitatem, ſed luxurioſe uiuere, & de carne continue cogitare, tale uotum eſt obligatiuum: ſicut profeſſio illius qui propter auaritiam, & commoda luxuriæ, ueræ profeſſionis uinculum ſubiit nihil intendendo obſeruare, ipſum obligat, ut ſupra dictum eſt. Aut mulier intendit obligare ſe ſolum ad nō nubendũ, ut liberius malefaciat, credens hoc poſſe cadere ſub uoto, & ſic cũ finis ſit malus, & id quod eſt ad finē nō ſit de genere ſuo bonũ, quia finis eſt libertas peccādi, & materia, quæ eſt ad finē, eſt non nubere, quod conſtat non eſſe de genere ſuo bonum, clare patet, quòd votum tale non eſt votum, ſed promiſſio de non impediendo malum, procedens ex errore ſupponentis hoc poſſe eſſe materiam voti: vnde ad nihil obligat tale votum. Et licet vtraq; intentio poſſit accidere, prima tamen communiter accidere uidetur: qm̄ intendunt voto illo ſe aſtringere, quo bonę mulieres ſolitę ſunt ſe aſtringere, cũ vouent non nubere. & hoc lenones ab eis requirunt, vt tali vinculo arceantur a matrimonio cōtrahēdo.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdē tertii articuli, dubiũ occurrit de votis, quæ fiũt nō ſtatim, nec certo tempore, ſed ſine determinatione temporis ſoluenda, ut cum quis vouet ieiunare tribus diebus, aut offerre aliquam imaginem &c. & nihil cogitat de tempore, certus tamen eſt, quòd non ſe intendebat obligare ad ſtatim.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ quando intentio vouentis ignota eſt ſibiipſi, quòd nihil aliud ſcit de intentione ſua, niſi quòd in caſu proponitur, tunc poſſet alicui videri, quòd idē eſſet iudicium de obligatione huiuſmodi votorum, & de obligatione præceptorum affirmatiuorum: quoniam huiuſmodi uota obligant non ad ſemper, quemadmodum affirmatiua præcepta: & ſecundum hoc, ſicut præcepta affirmatiua ſine determinatione temporis obligant ſolum ad tempus neceſſitatis, ita etiam iſta vota non obligarent niſi in articulo neceſſitatis. Sed hoc non recte dicitur in propoſito: quoniam votum licet ſit lex quædam ſingularis, non eſt tamen in propoſito de his, quæ ſunt quandoque neceſſaria ad ſalutem, ita vt articulus neceſſitatis determinaturus ſit tempus obligationis, ſicut in præceptis affirmatiuis contingit, ut patet de præcepto baptiſmi, & honorandi parentes, & huiuſmodi.

¶ Præt. Præcepta affirmatiua dantur communiter hominibus, in quibus eſt tanta uarietas, ut unum omnibus neceſſariũ tempus forte impoſſibile eſſet ſtatuere. Lex autem uotiua eſt ſingularis uouentem tantum ſponte obligans tempore præfixo a uouente.

¶ Præt. Obligatio uotiua eſt ex intentione uouentis: contra intentionem autem uouentium communiter uidetur eſſe, quòd expectetur articulus neceſſitatis. Non eſt igitur de tempore executionis uotorum, ſicut de executione præceptorum affirmatiuorum cenſendum: ſed iuxta ſacræ legis authoritatem allatam in litera, tempus executionis eſt infra tarditatem, ſeu moram iuxta conſcientiam uouentis, quando non eſt tempus præfixum. Ita quòd ſi conſcientia ſua ſibi dictat, quòd expectare per annum, aut duos annos &c. non eſt contra uinculum ſui uoti, non eſt in mora, non tardat reddere Deo uotum ſuum. Poteſt autem hoc multipliciter ſcire. Primo, ex recordatione uinculi, quod habet, quòd nunquàm occurrit ſibi cum remorſu, quòd non impleuit aut implet, ſed ut poſt implendum. Secundò ex hoc, quòd intentio ſua erat ita obligare ſe promiſſione uotiua, ſicut conſueuit promittere alia, ſcilicet faciendo cum tempore ſatis large. Tertio, quia multa tempora ſunt tempora commoda ſecundum veritatem, quæ tamen ſecundum morem uouentis non reputantur commoda, & ipſe intendebat de tempore commodo in idiomate ſuo. Quòd ſi nec ex his, nec aliis poteſt intentio uouentis haberi, determinatio temporis arbitrio boni uiri, penſatis ſingularibus conditionibus perſonæ, materiæ &c. relinquitur, ſi non poteſt tunc tutiorem partem eligere, ſcilicet reddendo uotum.

## Articvlvs IIII.

*Vtrum expediat aliquid uouere.*

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, quòd non expediat aliquid vouere. Non enim alicui expedit, vt priuet ſe bono quod ei Deus donauit: ſed libertas eſt vnum de maximis bonis, quę homini Deus dedit, qua vr̄ priuari p

3.cont. cap. 138.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimaoctaua Articulum quartum.*

In articulo 4. eiuſdem quæſt. 88. aduerte, quòd articulus præſens de vtilitate uoti inquirit, ut diuiſio quæſt. & titulus articuli teſtantur, ita quòd expedire ſignificat in propoſito, utile eſſe, ſicut in Euangelio. Expedit ut unus moriatur pro populo. Propter quod in corpore artic. utilitas uoti monſtratur non reſpectu Dei, ſed noſtri, quò ad utrumque, ſcilicet promiſſionem, & redditionem, ordine tamen præpoſtero, ab opere



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad principium procedendo, vt a notioribus, & potioribus fiat diſciplina.

¶ In eodem articu. in reſpõſione ad primum circa illud. Talis eſt neceſsitas uoti &c. dubium occurrit: quoniam falſum uidetur eſſe, quod neceſsitas uoti ſit ſimilis neceſsitati non peccandi: quoniam neceſsitas non peccandi eſt neceſsitas ad bonum, ut diſtinguitur contra malũ. neceſsitas uero uoti eſt neceſsitas ad bonum, ut diſtinguitur contra minus bonũ, quia materia propria uoti eſt bonum ſupererogationis, ut patet ex dictis, ad quod votum neceſſitat: bonum autem ſupererogationis ut ſic, non opponitur malo, ſed minus bono. igitur.

Epi.45. non multum remote a fine tomo 2.

¶ Præterea, uotum non neceſsitat ad bonum ſupererogationis abſolute, ſed ad tale bonum ſupererogationis, puta, peregrinationem, ieiunium &c. Hæc autem bona quandoq; ſunt impeditiua maioris boni, ita quod ſi ille non uouiſſet, quilibet conſuleret ſibi quod eleemoſynas, aut aliquid aliud maius ſupererogationis opus faceret, quàm peregrinaretur. Ergo uotum neceſsitat ad bonum, habens per accidens annexum impedimẽtum melioris. Conſtat autem, quod neceſſitas non peccandi non neceſsitat ad huiuſmodi bona, ſed ad bonum. Non eſt ergo talis neceſsitas uoti, ſicut neceſsitas non peccandi. Nec eſt habens ſimilitudinem quandam cum confirmatione beatorum propter eaſdem rationes, quorum oppoſitum in litera dicitur.

Art. 1. & 2.

Epi.45. poſt mediũ illius tom. 2.

Eadẽ epiſt. 45. a medio to. 2.

¶ Ad hanc dubitationem breuiter dicitur, quod ſimilitudo, ſi in omnibus curreret, nõ eſſet ſimilitudo, ſed identitas: ſufficit nãque quod teneat quo ad id, in quo fit aſſimilatio. Hoc autem eſt in propoſito firmitas, ſeu neceſsitas ad bonum.

F neceſſitatem, quam uotum imponit. ergo non uidetur expediens homini, quòd aliquid uoueat.

¶ 2 Præt. Nullus debet ſe periculis inijcere: ſed quicunque uouet, ſe periculo inijcit, quia quod ante uotum ſine periculo poterat p̃teriri, ſi nõ ſeruatur poſt uotum, periculoſum eſt. vnde Aug. * dicit in epiſtola ad Armentarium, & Paulinam. Quia iam uouiſti, iã te obſtrinxiſti, aliud facere tibi non licet. Non talis eris, ſi non feceris quod uouiſti, qualis manſiſſes, ſi nihil tale vouiſſes: minor G enim tũc eſſes, non peior. Modo autem tantò, quod abſit, miſerior ſi fidem Deo fregeris, quãtò beatior ſi perſolueris. ergo non expedit aliquid uouere.

¶ 3 Præt. Apoſtolus dicit primæ ad Cor. 4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti: ſed nõ legitur neque Chriſtum aliquid uouiſſe, nec Apoſtolus. ergo uidetur ꝙ non expediat aliquid uouere.

Sed contra eſt, quod dicitur in Pſal: 75. Vouete, & reddite Do H mino Deo ueſtro.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum * eſt, uotum eſt promiſſio Deo facta. Alia autem ratione promittitur aliquid homini, & alia ratione Deo. Homini quidem promittimus aliquid propter eius utilitatem, cui utile eſt & quod ei aliquid exhibeamus, & quòd eum de futura exhibitione prius certificemus: ſed promiſſionem I Deo facimus non propter eius utilitatem, ſed propter noſtram. Vnde Auguſtinus * dicit in prædicta epiſtola. Benignus exactor eſt, & non egenus, & qui non creſcat ex redditis, ſed in ſe creſcere faciat redditores. Et ſicut id quod damus Deo, non eſt ei utile, ſed nobis, quia quod ei redditur, reddenti additur, ut Auguſtinus ibidem * dicit: ita etiam promiſſio, qua Deo aliquid uouemus, non cedit in eius K utilitatem, qui a nobis certificari non indiget, ſed ad utilitatem noſtram, inquantum uouendo uoluntatem noſtram immobiliter firmamus ad id, quod expedit facere: & ideo expediens eſt uouere.

Ad primum ergo dicendũ, quòd ſicut non poſſe peccare nõ diminuit libertatem: ita etiam neceſſitas firmatæ uoluntatis in bonum, nõ diminuit libertatem, ut patet in Deo, & in beatis: & talis eſt neceſſitas uoti, ſimilitudinem quandam habens cũ cõfirmatione beatorũ. Vnde Aug. dicit * in F eadem epiſtola, quòd felix neceſſitas eſt, quę in meliora cõpellit.

Ad secundum dicendum, ꝙ quando periculum naſcitur ex ipſo facto, tunc factum illud nõ eſt expediens, puta, quòd aliquis per pontem ruinoſum tranſeat fluuium: ſed ſi periculum immineat ex hoc, quòd homo deficit ab illo facto, non deſinit propter hoc eſſe expediens. Sicut expediens eſt aſcẽdere equum, quàmuis periculum immineat cadenti de equo: alioquin oporteret ab G omnibus bonis ceſſare, quæ etiã per accidens ex aliquo euẽtu poſſunt eſſe periculoſa. Vnde dicitur Eccleſiaſtes. 11. Qui obſeruat uentum, non ſeminat: & qui conſiderat nubes, numquam metet. Periculum autem uouenti non imminet ex ipſo uoto, ſed ex culpa hominis, qui voluntatem mutat trãſgrediens votum. Vnde Augu. dicit * in eadem epiſtola. Non te vouiſſe pęniteat, immo gaude iam tibi ſic non licere, quod cum tuo H detrimento licuiſſet.

Ad tertium dicẽdum, quòd Chriſto ſecundum ſe non competebat uouere, tum quia Deus erat: tum etiam quia inquantum homo, habebat firmatam uoluntatem in bono quaſi comprehenſor exiſtens, quàmuis per quandam ſimilitudinem ex perſona eius dicatur in Pſal. 65. * ſecundum gloſſam. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum: Lo- I quitur autem de corpore ſuo, quod eſt Eccleſia. Apoſtoli autem intelliguntur uouiſſe pertinentia ad perfectionis ſtatum, quando Chriſtum relictis omnibus ſunt ſecuti.

### Articvlvs V.

*Vtrum uotum ſit actus latriæ, ſiue religionis.*

K Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quòd votũ non ſit actus latrię, ſiue religionis. Omne. n. opus uirtutis cadit ſub uoto: ſed ad eandem virtutem pertinere videtur promittere aliquid, & facere illud. ergo votum pertinet ad quãlibet virtutẽ, & non ſpecialiter ad religionem.

¶ 2 Præt. Secundũ * Tullium, ad religionem pertinet cultũ, & cæremoniam Deo offerre: ſed ille qui vouet, nondum aliquid Deo offert, ſed ſolum promittit. ergo votum non eſt actus religionis.

¶ 3 Præt. Cultus religionis nõ debet exhiberi niſi Deo; ſed votũ nõ ſolũ fit Deo, ſed etiam ſanctis, &

prælatis, quibus religioſi ꝓfitētes obedientiam vouēt. ergo votum non eſt religionis actus.

Sed contra eſt, quod dicitur Iſaiæ 19. Colent eum in hoſtijs, & muneribus, & vota vouebunt domino, & ſoluent: ſed colere Deū eſt proprie religionis, ſiue latriæ. ergo votum eſt actus latriæ, ſiue religionis.

Respon. Dicendum, quòd ſicut ſupra dictum * eſt, opus uirtutis ad religionem, ſeu latriā pertinet per modum imperij, ſecundum quòd ad diuinam reuerentiam ordinatur, quod eſt ꝓprius finis latriæ. Ordinare autem alios actus in ſuum finem, pertinet ad uirtutem imperantem, non ad virtutes imperatas. Et ideo ipſa ordinatio actuum cuiuſcumque uirtutis in ſeruitium Dei, eſt proprius actus latriæ. Manifeſtum eſt autem ex * prædictis, quòd uotū eſt quædam promiſsio Deo facta: & quòd promiſsio nihil eſt aliud, ꝙ ordinatio quædam eius, quod promittitur in eum, cui ꝓmittitur. Vnde votum eſt ordinatio quædam eorum, quæ quis uouet in diuinum cultum, ſeu obſequium. Et ſic patet, quòd uouere proprie eſt actus latriæ, ſeu religionis.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ illud quod cadit ſub voto, quādoque eſt actus alterius virtutis, ſicut ieiunare, & cōtinentiam ſeruare. Quādoque verò eſt actus religionis, ſicut ſacrificium offerre, vel orare: vtrorumque tamē promiſsio Deo facta ad religionē pertinet, ratione iam * dicta. Vnde patet, quòd votorum quoddam ꝑtinet ad religionem ratione ſolius promiſsionis Deo factæ, quæ

B eſt eſſentia voti: quādoque etiam ratione rei promiſſæ, quę eſt voti materia.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ ille qui promittit, inquantum ſe obligat ad dandum, iam quodāmodo dat: ſicut dicitur fieri aliquid, cùm ſit cauſa eius, quia effectus uirtute continetur in cauſa. Et inde eſt quòd non ſolum dandi, ſed etiam promittendi gratiæ aguntur.

Ad tertivm dicendum, ꝙ

C votum ſoli Deo fit: ſed promiſsio etiam poteſt fieri homini: & ipſa promiſsio boni, quæ fit homini, poteſt cadere ſub voto, inquantum eſt quoddam opus uirtuoſum. Et per hunc modum intelligendum eſt uotum, quo quis uouet aliquid ſanctis, uel prelatis, ut ipſa promiſsio facta ſanctis, uel prælatis cadat ſub uoto materialiter, inquātum. ſ. homo vouet Deo ſe impleturum, quod ſanctis, uel prælatis promittit.

ad cultū Dei pertinere. & propterea ex hoc, quòd voto promiſſa ordinantur in Deum, infertur: ergo ordinatur in cultum. Non ergo ex hoc quòd aliquid ordinantur in Deum, ſed ex hoc ꝙ aliquod promiſſum ordinatur in Deum, concluditur: ergo ordinatur in cultum diuinum. Vnde etiam credere, & ſperare, qui ſunt actus theologalium virtutum, & amare Deū, ſi ex voto fiāt, ordinantur vt exeūt a ſubiecto in diuinam reuerentiam, ſinem religionis, licet hoc ſit per accidens.

¶ In reſponſione ad ſecundum ar. 5. eiuſdem q. 88. aduerte, quòd promiſsio poteſt dupliciter accipi. Primo in ordine ad rem promiſſam: & ſic ſumitur in litera, & bene dicit, quòd non eſt dare, ſcilicet niſi in cauſa. Alio modo, ſumitur vt eſt in ſe quidam mentis actus, quo mens noſtra ſe ſubiecit Deo, dum promittit illi aliquid. Et ſic qui promittit Deo, dat Deo non rem dādam, ſed mentem ſecūdum illum actum: ſicut etiam dictum eſt, quòd oratio eſt oblatio mentis, & ſic vouens cultum Deo affert ēt in actu. Vnde Iſaias inter actus religionis nō ſolum poſuit reddere vota, ſed vouere, dicēs. Vota uouebūt Domino &c. vt in litera habes.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdē quinti articuli, dubium occurrit de votis, quę ſunt ſanctis: quoniam male uidentur interpretata in litera, quia eodem modo promittimus ſanctis, quo accidit Deo. ſ. quòd non intercedunt duæ promiſsiones, ſicut accidit in uotis, quæ fiunt in manus prælatorum, ut patet ex ipſa uocum differentia. Dicimus namque, Voueo tibi ſancte Petre, & non dicimus, Voueo tibi Domine Abbas: ſed uoueo Deo & ſanctis, quòd ero tibi obediens.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia ſancti ſunt medij inter Deum & homines, & medium utriuſque naturam ſapit, ideo diuerſa de ſanctis ſentiuntur in propoſito. Si enim conſiderentur ſancti ut homines, ſeu creaturæ rationales capaces ſecundum ſe honoris, obedientiæ &c. ſic promiſsiones quæ eis fiunt, non ſunt uota, ſed poſſunt eſſe materia uoti. Et in hoc conueniunt ſancti cum hominibus uiatoribus, & ſic conſiderat eos litera loquens de ſanctis ex ea parte, qua diſtinguuntur a Deo. & uerum dicit. Si autem conſiderantur ſancti ut ſunt dij participatiue, immo ut in eis eſt & honoratur Deus, ſic promiſsiones eis factæ ſunt uota, quoniam Deo in ipſis fiunt. Et quoniam voti nomen ſonat promiſsionem Deo factam, ideo cum abſolute quis uouet ſancto alicui, intelligitur vouere Deo in illo ſancto: ſicut blaſphemans aliquem ſanctum, intelligitur blaſphemare Deum in ſancto illo, ut ſuperius dictum eſt, quia blaſphemia ſolius Dei eſt. Simile namque eſt de uouere, quoniam ſoli Deo fit. Et confirmatur, quia aliter ſanctis, aliter hominibus aliquid promittitur. Sanctis nāque promittitur ſicut Deo. ſ. nō ratione utilitatis ſanctorum, aut certificationis eorundem, ſicut fit hominibus, ut patet in litera articuli præcedentis. eadem ergo ratione uotum fit Deo, & ſanctis. Nec obſtat ꝙ uouere ſit actus latriæ, ſeu religionis: quoniam eiuſdem uirtutis actus eſt uouere, & orare: & conſtat ꝙ oramus ſanctos in ordine ad Deum. Et confirmatur hoc ex eo, ꝙ uouentes non recurrunt ad ſanctos, niſi ſicut orantes ad eoſdem recurrunt. Et cum certa ratione neſciamus, an ſancti noſtra uota cognoſcāt, quamuis pie hoc credamus, conſequens eſt, ut uouēdo ſanctis ad

A Deum in ipſis recurramus. Conſonat quoque huic interpretationi modus vouendi, quia, ſcilicet ſanctis abſolute vouemus, ſicut Deo, prælatis autem non: ſed vouere nos dicimus Deo, aut ſanctis ſeruare quæ homini promittimus, ubi manifeſte ſanctos contra homines diſtinguimus, ponentes illos ex parte Dei. Et hoc de facto ſeruatur in profeſsione fratrum ordinis Prædicatorum vouentium Deo, Beatæ Mariæ, beato Dominico, & omnibus ſanctis, quòd erunt obedientes prælato ſuo.

¶ In eadem reſponſione dubium occurrit, An quando in voto concurrunt duæ promiſsiones, altera vt materia, altera ut eſſentia voti, ſi quis tranſgreſſor uoti extiterit, peccatum duarum ſpecierum incurrat. verbi gratia. Voueo Deo, quòd ero obediens prælato meo. Si ſum innobediens, an peccem ſolum cōtra votum, an etiam contra obedientiæ virtutem, ut ſic peccatum ſit & in ſpecie ſacrilegij, & in ſpecie inobedientiæ. Et eſt ratio dubij, quia ſi ſic dicitur, pari ratione uouens ieiunare die ſabbathi, frangēdo poſtmodum ieiunium peccabit etiam dupliciter. ſ. peccato gulæ, & peccato ſacrilegij: quod uidetur falſum, cùm contingat frangere uotum ieiunij abſque uiolata ſobrietate. Si uero non ſic dicitur, pari ratione fran-

D gens ieiunium præceptum ab Eccleſia, non peccaret contra ſobrietatem, ſeu abſtinentiam, ſed ſolum contra obedientiam, cuius oppoſitum ſuperius, & inferius habetur. Eſt enim uotum lex ſingularis, ſicut præceptum lex communis.

¶ Ad huius euidentiam primo ſciendum eſt, quòd inter præcepta legis, & uota, eſt cōuenientia ſecundum aliquid, & differentia ſecundum aliquid. Cōueniunt ſiquidem in hoc, quòd tam præcepti, quàm uoti materia eſt actus uirtutis: præcipit ſiquidem lex quæ ſunt iuſtitiæ, manſuetudinis, temperantiæ &c. Differunt uero in hoc, quòd materia præcepti eſt actus neceſſarius ad uirtutem, ſine quo. ſ. uirtus ſaluari nequit, ſiue iſta neceſsitas ſit ex natura actus abſolute, ut patet de honoratione parentum (ſine ea ſiquidem non poteſt ſaluari pietas, & de furto, homicidio, adulterio &c. cum quibus non ſtat uirtus) ſiue iſta neceſsitas ſit ex poſitione legis, ut patet de coniunctione carnali cum conſanguineis, uel affinibus in ſecundo, & alijs gradibus. Eſt enim huiuſmodi abſtinentia neceſſaria ad caſtitatem, non ex natura actus & uirtutis, ut patet in antiquorum ſanctis matrimonijs in tali-

E bus gradibus, ſed ex legis determinatione. Et ſimile eſt de ieiunio reſpectu abſtinentiæ, extractione homicidæ de Eccleſia reſpectu ſacrilegij, & alijs eiuſmodi. Materia vero voti eſt actus ſupererogationis, nec ex voto fit talis actus neceſſarius ad uirtutem illam: quoniam uotum non reſpicit uirtutem illam ut finem, ſicut lex, cuius eſt facere homines uirtuoſos, ſed fit ex uoto talis actus neceſſarius ad uirtutē religionis ex hoc ipſo, quòd aſſumitur ut materia voti, ita quòd actus uoto promiſſus, puta, ieiunare ſabbatho, qui erat ſupererogationis reſpectu operantis, & uirtutis illius, ad quem ſpectat actus ille, puta, ieiunare, factus eſt ex ui uoti neceſſarius reſpectu operantis, & reſpectu religionis cuius eſt uouere, & reddere uota, & non eſt factus neceſſarius reſpectu illius uirtutis, cuius actus ieiunare eſt, puta, abſtinentiæ, ita quòd ſicut præceptum poſitum ſubſternit actum ieiunij uirtuti abſtinentiæ, tamquàm neceſſarium ad illam: & propterea frangens

ieiunium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ieiunium Eccleſiæ, peccat contra abſtinentiam, & non cõtra obedientiam formaliter, ſi deſit cõtemptus: ita uotum ſubſternit actũ ieiunij virtuti religionis, tanquàm neceſſarium ad illam. Et propterea frangens ieiunium uotiuum peccat contra religionem, & non contra abſtinentiam formaliter, ſi deſit ſuperfluitas gulæ oppoſita abſtinentiæ.

¶ Sciendum ſecũdò, ꝙ ſicut promiſſio facta Deo, eſt actus religionis, ità promiſſio facta homini, eſt actus fidei, quæ eſt uirtus moralis. Et ratio in promptu eſt, quia. ſ. eiuſdem uirtutis eſt promittere, & reddere promiſſa. Eſt enim fides, ut Tullius, & Aug. dicunt, qua fiunt dicta. Fidei igitur actus eſt promittere homini: ſed quoniam ualde diuerſa ſunt, quæ contingit hominem homini promittere, materia ꝓmiſſionis nõ habet certam & determinatam uirtutẽ. Contingit. n. promittere homini actum iuſtitiæ neceſſarium, ut reddere depoſitũ, uel mutuum, aut conferre officium reipublicæ parti digniori: & actum fortitudinis ſupererogationis, ut pugnare pro amico: uel liberalitatis, ut donare prędium &c. Quibus præmiſſis reſpondetur quæſito cum diſtinctione, ꝙ quando in uoto ſunt duæ promiſſiones, ſi promiſſio quæ dicitur materia uoti, ſecũdum ſe obligat ad mortale, tunc tranſgreſſor uoti peccat contra uotum, & cõtra fidem, & ulterius cõtra illam uirtutem, quia actus promiſſus erat neceſſarius ad uirtutem. Vt patet, ſi quis non ſolum promitteret homini reddere depoſitum, ſed uoueret Deo quòd ſeruaret promiſſum homini. Tranſgrediẽdo namque uotum, triplicem deformitatem incurreret, ſacrilegii, infidelitatis, & iniuſtitiæ. Si autem promiſſio illa facta homini abſolute non obligat ad mortale, ſed obligatio ad mortale eſt ſolum ratione adiuncti uoti, tũc tranſgreſſor non incurrit peccatum niſi contra uotum, & hoc loquendo de peccato, quod perfecte eſt peccatum. ſ. mortale. Quod dico, quia poſſent aliæ deformitates leues adiungi. Vnde quia promiſſio de obedientia, quæ fit prælatis ex ſe abſolute obligat ad mortale, etiam ſi numquàm uoto formaretur, quoniam eſt in perpetuæ obligationis uinculum: ideo tranſgreſſor uoti obedientiæ peccat dupliciter & contra uotum, E & contra obedientiam.

Inf. q6. 189. ar. 2. cor. Et 3. q. 28. ar. 4. cor. Et 3. cõtr. c. 138. Et opuſ. 17. c. 12. & opuſc. 18. c. 13. Li. 2. c. 24. in princ. & eſt ſ. ult. li.

Li. 5. text. 6. to. 3.

Art. 3. huius quæſt.

Ar. præc.

D. 1175.

¶ Et ex his patet ſolutio primæ obiectionis, & ... do pro regula, quòd quando actus cadens ſub ... ceſſarius, ceſſante uoto, tũc tranſgreſſio ... uerò eſſet neceſſarius, tunc ultra tráſgreſſione ...

## Articulus VI.

*Vtrum magis ſit laudabile, & meritorium facere aliquid ex uoto, quàm ſine uoto.*

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur, quòd magis ſit laudabile, & meritoriũ facere aliquid ſine voto, q̃ cũ uoto. Dicit. n. * Proſper in ſecundo de vita contemplatiua. Sic abſtinere, vel ieiunare debemus, ut non nos neceſſitati ieiunandi ſubdamus, ne iam non deuoti, ſed inuiti rem uoluntariã faciamus: ſed ille qui uouet ieiunium, ſubdit ſe neceſſitati ieiunandi. ergo melius eſſet ſi ieiunaret ſine uoto.

¶ 2 Pręt. Apoſt. dicit 2. Cor. 9. Vnuſquiſq; prout deſtinauit in corde ſuo non ex triſtitia, aut ex neceſſitate. Hilarem. n. datorẽ diligit Deus: ſed quidam ea quæ uouẽt, ex triſtitia faciũt, & hoc uidetur procedere ex neceſſitate, quam votum imponit, quia neceſſitas contriſtans eſt, ut dicitur 5. † Metaph. ergo melius eſt aliquid facere ſine uoto, quàm cum uoto.

¶ 3 Præt. Votum neceſſariũ eſt ad hoc, ꝙ firmetur volũtas hominis ad rẽ quam uouet, ut ſupra * habitum eſt; ſed nõ poteſt firmari melius uoluntas ad aliquid faciendum, quàm cum actu facit illud. ergo nõ melius eſt facere aliquid cum uoto, quàm ſine uoto.

SED CONTRA eſt, quod ſuper illud Pſal. 75. Vouete, & reddite, dicit gloſ. Vouere uoluntati conſulitur: ſed conſilium nõ eſt niſi de meliori bono. ergo melius eſt facere aliqđ melius opus ex uoto, q̃ ſine uoto, q̃a qui facit ſine uoto, implet tantum unum conſilium, ſcilicet de faciendo: qui aũt facit cum uoto, implet duo cõſilia, ſcilicet & uouendo, & faciendo.

RESPON. Dicendum, quòd triplici ratione facere idem opus cum uoto eſt melius, & magis meritorium, quàm facere ſine uoto. Primò quidem, quia uouere ſicut * dictum eſt, eſt actus latriæ, quæ eſt præcipua inter uirtutes morales. Nobilioris autem uirtutis eſt opus melius, & magis meritorium, vnde actus inferioris uirtutis eſt melior, & magis meritorius ex hoc, quòd imperatur a ſuperiori virtute, cuius actus ſit per imperium: ſicut actus fidei, uel ſpei melior eſt ſi imperetur a charitate. Et ideo actus aliarum virtutum moralium, puta, ieiunare, quod eſt actus abſtinentiæ, & continere, quod eſt G actus caſtitatis, ſunt meliora, & magis meritoria ſi fiant ex uoto, quia ſic iam pertinẽt ad diuinum cultum, quaſi quædam Dei ſacrificia. Vnde * Auguſtinus dicit in lib. de virginitate, quòd neque ipſa virginitas, quia virginitas eſt: ſed quia Deo dedicata eſt, honoratur, quam fouet, & conſeruat continentia pietatis. Secundò, q̃a ille qui vouet aliquid, & facit, plus ſe Deo ſubijcit, quàm ille qui ſolum facit. Subijcit enim ſe Deo non ſolum quantũ ad actum, ſed H etiam quantum ad poteſtatem, quia de cætero non poteſt aliud facere: ſicut plus daret homini, q̃ daret ei arborem cum fructibus, quàm qui daret ei fructus tantũ, vt dicit * Anſelmus in lib. de ſimilitudinibus: & inde eſt, ꝙ etiã promittentibus gratiæ aguntur, ut * dictum eſt. Tertiò, quia per votum immobiliter voluntas firmatur in bonum. Facere autẽ aliquid ex voluntate firmata in bonum, pertinet ad perfectionẽ virtutis, vt patet per * Philoſop. in 2. I Ethic. Sicut etiam peccare mente obſtinata, aggrauat peccatum, & dicitur peccatum in Spiritum ſanctum, vt ſupra * dictum eſt.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ authoritas illa eſt intelligenda de neceſſitate coactionis, quæ inuoluntarium cauſat, & deuotionem excludit. Vnde ſignanter dicit: Ne iam non deuoti, ſed inuiti rem voluntariam faciamus. Neceſſitas autem voti per immobilitatem fit voluntatis, vnde & voluntatem confirmat, & deuotionem auget: & ideo ratio non K ſequitur.

AD SECVNDVM dicendum, quòd neceſſitas coactionis, inquantum eſt contraria volũtati, triſtitiam cauſat, ſecundum * Philoſ. Neceſsitas autem voti in his, qui ſunt bene diſpoſiti, inquantũ ...

non a ſuperiore, ſed a ſeipſo notum eſt, ... ptus diuini præcepti de uoto ſeruando.

¶ *Super Quæſtionis octuageſimæoctauæ articulum ...*

IN ar. 6. eiuſdem q. 88. nota, quòd cum in q. ... & in quinto de ſpecie bonitatis uoti, ...

eandum bonitatem quæſtio agitur, an.ſ.ſit melius opus cum uoto, quàm ſine. Et additur in titulo magis meritorium in habentibus charitatem, quorum ſolummodo opera ſunt meritoria.
¶In reſponſione ad ſecundum eiuſdem 6. art. dubium occurrit, An ille quem pœnitet vouiſſe, ita ꝙ diſplicet ei vouiſſe, etſi eſſet in ſtatu libertatis, ſicut erat antequàm vouiſſet, nollet uouere, ex quo tamen voto aſtringitur, vult ſeruare uotũ ſuum, peccet: & ſi peccat, an peccet mortaliter. Videtur enim quòd non peccet: qa velle ſuum fertur in obiectũ licitum abſque aliqua mala circunſtantia. Manifeſtatur aſſumptum, quia idem eſt obiectum iſtius, & obiectum unius alterius non habẽtis uotum, qui refutat obligare ſe uoto, quem conſtat non peccare. Differentia namque inter iſtos duos nõ eſt ex parte obiecti: ſed ex parte modi volẽdi: quia habens votũ fertur in libertatem a uoto conditionaliter, ſcilicet ſi eſſet in ſtatulibero: non habens uerò uotum fertur in libertatem abſolute: quia eſt in ſtatu libero.
¶In oppoſitum autem eſt, quia actus cadens ſuper materia repugnante, eſt malus: ſed actus pœnitendi in propoſito cadit ſuper materia repugnante: quia ſuper bono, ſcilicet voto emiſſo, pœnitentia enim non debet eſſe niſi mali præteriti. ergo huiuſmodi pœnitentia peccatum eſt. Et videtur, quòd ſit mortale, tum quia ex hoc ipſo quòd habet materiam repugnantem, eſt actus malus ex ſuo genere: tum quia alioquin religioſus dolens ſe eſſe, fuiſſe, & fore religioſum, paratus tamen viuere religioſe ex quo eſt, eſſet in bono ſtatu. Dolor enim iſte nihil aliud eſt, quàm pœnitentia voti religionis, cum uoluntate non vouendi religionem, ſi eſſet liber.
¶Ad euidentiam horum tria uidenda ſunt. Primò, quid dicendũ ſit de pœnitentia uoti abſolute. Secundò, quid de pœnitentia voti talis, puta, religionis, uel peregrinationis. Tertiò, quid de pęnitentia ſubſecutorum bonorum operum.
¶Quò ad primum ſciendum eſt, quòd aliud eſt loqui de pęnitentia uoti, & aliud de pœnitentia eius quod eſt feciſſe uotum. Nam pœnitentia voti eſt dolere de promiſſione: qui autem dolet de promiſſione promiſſionem non ſeruat, ut patet in his qui de malis promiſſionibus propoſitis & deliberationibus dolentes, propoſitum deliberationemque mutant, & promiſſionem non ſeruant. Propter quod pœnitentia voti peccatum mortale eſt manifeſte: ſed de tali pœnitentia non eſt præſens quæſtio. Pœnitentia autem eius quod eſt feciſſe uotum, eſt dolor de præterita applicatione ſui ad uouendum, & non de uoto ipſo. Dolet enim talis pœnitens, quòd ſe ſubiecit voto, & non mutat propoſitum adimplendi promiſſa propoſita, & deliberata. Et de hac pœnitentia eſt præſens quæſtio, quæ uocatur abuſiue de uoto, quia eſt de voto quò ad eius omiſſionem. De huius igitur pœnitentia abſolute loquendo, dicendum eſt, ꝙ eſt de genere actuum, qui abſolute ſumpti male ſonant, qui tamen adiunctis quibuſdam conditionibus honeſtantur. Sicut occidere hominem, male ſonat: ſed ſi adiungantur debitæ conditiones.ſ. propter iuſtitiam &c. eſt actus honeſtus. Non ſolum namq; uotum, ſed etiam applicare ſe ad vouendum, eſt actus bonus, ac per hoc male ſonat, ꝙ ſit materia pęnitentiæ, quoniam pęnitentia malorum eſt: ſed ſi cauſæ aliquæ rationabiles adiũgantur, poterit actus honeſtari. Neq; enim emiſſio voti eſt ita de genere bonorum, ut non poſſit licite eſſe materia actus nolitionis, ut patet in eo, qui vult non vouere, ſeu refutat vouere. Nec obſtat ꝙ emiſiſſe uotum eſt præteritum, quia eiuſdem rationis eſt actus præteritus, & futurus. Eiuſdem ſiquidem rationis eſt uelle occidere hominem, & velle occidiſſe hominẽ. Similiter non obſtat, ꝙ actus præteritus eſt iam acceptatus: quoniam ipſa acceptatio pręterita, & futura eiuſdem eſt rationis, & idem eſt de ipſa iudicium, & applicatione ad uouendum. Ratio autem quare aliquod bonum põt licite eſſe materia nolitionis, ac ꝑ hoc pęnitentiæ eſt: quia tale bonum non eſt neceſſarium ad ſalutem. Quæ enim ſunt neceſſaria ad ſalutem, non pſſt licite refutari: &

voluntatem confirmat, non cauſat triſtitiam, ſed gaudiũ. Vnde † Aug. dicit in epiſtola ad Armentarium, & Paulinam. Non te uouiſſe pœniteat, immo gaude iam tibi ſic non licere, quod cum tuo detrimento licuiſſet. Si tamen ipſum opus ſecundum ſe conſideratum, triſte, & inuoluntarium redderetur poſt uotum, dum tamen remaneat voluntas uotum implendi, adhuc eſt magis meritorium, quàm ſi fieret ſine uoto: quia impletio uoti eſt actus religionis, quæ eſt potior uirtus quàm abſtinentia, cuius actus eſt ieiunare.

Ad tertivm dicendum, ꝙ ille qui facit aliquid ſine uoto, habet immobilem uoluntatem reſpectu illius operis ſingularis qđ facit: & tunc quando facit: non

A ſimiliter non poteſt eorum eſſe pœnitentia ſine peccato mortali, vt patet.
¶Quò ad ſecundum differentia eſt inter vota maximorum, & diuturnorum bonorum, & alia vota. Nam pœnitentia votorum maximorum ac diuturnorum ratione ſuæ materiæ, infert remiſſiorem volũtatem in bono, quàm fuerit, quæ ſine detrimento virtutis perſeuerãtiæ non eſt. Nã vbi prius iſte, quem modo pęnitet feciſſe votum religionis, aut continentiæ, perſeuerabat in complacentia inchoata vtriuſque ſcilicet eius quod eſt facere tale votum, & ipſius voti, modo mutata voluntate circa primum, non perſeuerat in illo, quod eſt quaſi radix tanti boni. Et conſequenter magis ex neceſsitate, quam amore perſeuerat in conſeruando continentiam, & religionem, quod ſine peccato veniali non eſt, nec parui periculi ad diſponendum ad mortale. Cui enim minus con-
C tinentia, aut religio placet, non facile tot pericula euadet, aut remedia opportuna ſuſcipiet, caſtigando corpus, &c. Pœnitentia autem aliorum votorum vt peregrinationis, ieiunij, & huiuſmodi, ratione materiæ non inferunt remiſsiorem voluntatem in bono, quoniam ſunt particularia quædam parua bona: & conſtat facile aliquem iſta bona refutare propter meliora. Vnde huiuſmodi votorum pœnitentia nec ratione formæ nec ratione materiæ, eſt peccatum, ſi ex rationabili cauſa ſit: alioquin veniale peccatum eſt.

Inf. art. 9. co. Et 4 di. 38. q. 1. art. 2 q 3. Et quol. 3. artic. 18. cor. Et quol. 8. arti. 10. cor. Art. 1. huius quæſt.

¶Quò ad tertium, diſtinguendum eſt, ꝙ aut pœnitentia eſt de operibus bonis factis ex voto, præſuppoſito uoto, & ſic eſt manifeſte peccatum mortale. Hoc enim nihil aliud eſt, quàm dolere de ꝑterita obſeruatione uoti, quam cõſtat fuiſſe de neceſsitate ſalutis. Aut pęnitentia eſt de ipſis eiſdem operibus non præſuppoſito uoto, ſed magis cum eradicatione voti. uerbi gratia. Plantauit quis arborem fructiferam in horto ſuo, multo tempore fructus protulit, pęnitet poſt multum temporis dominum plantaſſe in
D ſuo horto arborem illam, uelletq; caruiſſe ſemper illa arbore, & fructibus perceptis, potius quàm habere illam cum fructibus. Sic in propoſito pęnitet aliquẽ ſe profeſſum eſſe, uelletq; nunquàm profeſſum eſſe, non curans quod etiam non feciſſet tot bona, quę fecit ſeruando profeſsionem ſuam, &c. Pœnitentia ſiquidem iſta non eſt de obſeruatione uoti, ſed de ipſa applicatione ad uotum cum ſubſecutis, nullo præſuppoſito uinculo. Et talis pęnitentia eiuſdem eſt rationis, cum pęnitentia talis uoti ſecundo loco diſcuſſæ. Ac per hoc, ſi habet pro materia maxima diuturnaque bona, ut caſtitatem, uel religionem, peccatum tanto grauius eſt, quanto remotioris a bono uoluntatis eſt, dum omnia refutaret bona peracta ſi poſſet, infra latitudinem tamen uenialium ualde proximorum caſui ad mortale. Si uero habet pro materia, particularia parua bona, poſſet eſſe ſine peccato, ſi rationabilis cauſa ſubſiſteret. Et ex his patet reſponſio ad obiecta.

autem manet voluntas eius omnino firmata in futurum, ſicut vouentis, qui ſuam voluntatem obligauit ad aliquid faciendum, & antequàm faceret illud ſingulare opus, & fortaſſe ad pluries faciendum.

### Articvlvs VII.

B *Vtrum votum ſolemnizetur per ſuſceptionem ſacri ordinis, & per profeſsionem ad certam regulam.*

AD septimvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ votum non ſolemnizetur per ſuſceptionẽ ſacri ordinis, & per profeſſionẽ ad certã regulam. Votum.n. vt * dictũ eſt, eſt promiſſio Deo facta: ea verò q̃ exterius aguntur, ad ſolẽnitatem pertinẽtia, nõ viden-

*¶ Super Quæſtionis octuageſimæoctauæ Articulum ſeptimum.*

E IN ar. 7. q. 88. dubium occurrit, in quo conſiſtit ſolemnitas uoti. Et eſt ratio dubij, tum ipſa rei obſcuritas, tum diuerſitas opinionum, tum neceſsitas ſciendi hoc: quoniam hinc multarum quæſt. ſolutiones pendent. Et ne in æquiuoco laboremus, quid nominis præponamus. Solemnitatis nomine in propoſito nuncupamus illud, unde uotum habet quòd dirimat matrimonium. In hoc enim ſecundum omnes differt uotum ſolemne a uoto ſimplici, quòd uotum ſolemne non ſolum impedit, ſed etiam dirimit matrimonium ſi contrahatur, ita quòd matrimonium poſt contractum, eſt nullum: uotum autem ſimplex impedire ſolummodo matrimonium poteſt.
¶Eſt igitur triplex de hoc opinio. Prima eſt, ꝙ ſolemnitas uoti conſiſtit in benedictione, ſeu conſecratione uouentis. Dupliciter enim ſolemnizatur uotum ſcilicet per profeſsionem religionis approbatæ, & per ſuſceptionem ſacri ordinis, & in ſuſceptione ſacri ordinis manifeſte interuenit cõſecratio uouẽtis. In profeſsione

tur ordinari ad Deum, ſed ad homines. ergo per accidens ſe habēt ad uotum. non ergo ſolemnitas talis eſt propria conditio uoti.

¶2 Prę̄t. Illud qđ ꝑtinet ad conditionē alicuius rei, vr̄ poſſe cōpetere oĩb. illis, in quib. res illa inuenitur: ſed multa pñt ſub uoto cadere, quæ nō ꝑtinent neq; ad ſacrum ordinē, neq; pertinent ad aliquā certā regulā, ſicut cū quis vouet peregrinationē, aut aliqd hmōi. ergo ſolēnitas quæ fit in ſuſceptione ſacri ordinis, uel in ꝓfeſſione certæ regulæ, non pertinet ad conditionem uoti.

¶3 Præt. Votum ſolemne idē videtur eſſe, quod uotum publicū: ſed multa alia uota pñt fieri in publico, quàm uotum, quod emittitur in ſuſceptione ſacri ordinis, vel profeſſione certæ regulæ, & huiuſmodi etiā uota poſſunt fieri in occulto. ergo non ſolum huiuſmodi uota ſunt ſolemnia.

Sed contra eſt, ꝙ ſolū huiuſmodi uota impediūt mr̄imoniū contrahendum, & dirimunt iam cōtractum: quod eſt effectus voti ſolēnis, ut infra * dicetur in tertia huius operis parte.

Respon. Dicēdū, ꝙ vnicuiq; rei ſolemnitas adhibetur ſecundum illius rei conditionē, ſicut alia eſt ſolēnitas nouæ militiæ. ſ. in quodam apparatu equorū, & armorū, & concurſu militum: & alia ſolemnitas nuptiarum, quę conſiſtit in apparatu ſpōſi, & ſpōſę, & conuētu propinquorū: votum aūt eſt promiſſio Deo facta.

G Vnde ſolēnitas voti attēditur ſecūdum aliqd ſpũale, qđ ad Deū pertineat. i. ſecūdū aliquā ſpũalē benedictionē, vel cōſecrationē, quę ex inſtitutione Apoſtolorū adhibetur in profeſſione certę regulę, ſecūdo gradu poſt ſacri ordinis ſuſceptionē, vt dicit Dionyſ. 2. c. Eccleſiaſticę Hier. Et huius rō eſt, quia ſolēnitates nō cōſueuerūt adhiberi, niſi qñ aliqs totaliter mācipatur alicui rei. Nō enim ſolēnitas nuptialis adhibetur, niſi in celebratione matrimo-

H nij, quādo vterq; coniugum ſui corporis poteſtatē alteri tradit. Et ſimiliter voti ſolēnitas adhibetur, quādo aliqs per ſuſceptionē ſacri ordinis diuino miniſterio applicatur. Et in ꝓfeſſione certę regulę, qñ ꝑ abrenūtiationē ſeculi, & proprię voluntatis aliquis ſtatum perfectionis aſſumit.

---

F ne verò interuenit benedictio, ut patet ex 6. c. Eccleſiaſticę hierar. vbi ritus conſtituendi monachum ponitur, & in pontificali, ſeu ordinario Romanæ Eccleſiæ, vbi etiam ordo conſtituendi monachum habetur, licet aliter quàm tempore Dionyſij fiebat.

¶Sed hæc opinio falſa eſt, tum quoniam ſolemnitas voti non cōſiſtit in eo, ſine quo votum ſolemne inuenitur: ſed votum ſolemne religionis ſine omni benedictione uouentis inuenitur. ergo ſolemnitas eius non conſiſtit in benedictione uouētis. Patet minor dupliciter. Primò, quia profeſsio tacita, uoluntate deliberata acceptata, eſt uerè uotum ſolemne, nō præſumptum, ſed uerè actū, & tamen ſine omni benedictione fit. Secundò, quia profeſſio explicita non fit in omnibus religionibus approbatis cū benedictione, ut patet in ordine Prædicatorum, ubi ſolæ ueſtes benedicunt̄ poſt profeſsionem immediate, ita quòd etiam hoc fit poſtquàm eſt ſolemni uoto alligatus ille cuius ueſtes benedicuntur. Tum, quoniam ſolemnitas uoti non conſiſtit in eo, cum quo ſtare poteſt, quòd uotum coniunctum ſit ſimplex: ſed conſecratio ſacri ordinis eſt huiuſmodi, ꝙ cum ipſa ſtare poteſt, ꝙ uotū continentiæ illi annexum ſit ſimplex. ergo ſolemnitas talis uoti non conſiſtit in conſecratione. Patet minor ex hoc, ꝙ Eccleſia poſſet ſtatuere, ꝙ de cætero ſuſcipientes ordinem ſacrum, nō niſi ſimplex uotum continentiæ emittant. Tunc enim quilibet uoueret caſtitatem ſuſcipiendo ſacrum ordinem, & tamen nō niſi ſimplex votum haberet: Tum, quoniam concurrentibus ſimul uoto, & cōſecratione, ſeu uoto religionis, & benedictione, ſemota Eccleſiæ inſtitutione, aut approbatione, non conſtituitur uotum ſolemne, vt patet ex eo, quòd ſi quis ſecluſo Eccleſiæ ſtatuto ſuſcipiens ſubdiaconatum, ut totaliter ſacris manciparetur, voueret continentiam, non propterea aſtringeretur uoto ſolemni, & tamen concurrerent ſimul conſecratio, & uotum ratione conſecrationis emiſſum. Et ſimiliter, ſi quis profiteretur aliquam religionem, quæ nunc eſt approbata ſemota approbatione, puta, quod deſineret eſſe approbata, & poſt aliquis eam profiteretur, & benediceretur, ut de monachis eſt ordinatum, non propterea aſtringeretur uoto ſolemni. Non habet ergo uotum continentiæ ex hoc, quòd fit cum ſuſceptione ſacri ordinis; quòd ſit ſolemne: neque uotum religionis ex hoc, quòd fit cum benedictione, quòd ſit ſolemne.

Non cōpleuit morte ꝑuentus.

I ¶Secunda autem opinio eſt, quòd ſolemnitas uoti conſiſtit in exhibitione ſui ipſius, ita quòd uotum ſimplex habet ſolam promiſſionem: votum autem ſolemne habet promisſionem & exhibitio-

K nē, non promiſſorum in ſeipſis, ſed in ſua radice: quia habet exhibitionem ſuij pſius in nouo ſtatu, in quo radicaliter cōtinentur oĩa promiſſa. Nam & qui profitetur religionem, & qui ſuſcipit ſacrū ordinem, non ſolum promittit ſeruire &c. ſed ipſo facto mutat ſtatum, quàmuis nō mutaret ueſtes, habitationem, & conuerſationem, ut patet.

¶Sed nec hæc opinio eſt uera: quoniā mutatio ſtatus, mancipādo hominem ad diuinum cultum & religioſa opera, ſtare poteſt cū voto ſimplici, ut patet, ſi Eccleſia inſtitueret, quòd in ſacro ordine, & religione aliqua uotum ſimplex fieret. Et rurſus in ſacro ordine mancipatur homo ad diuinum cultum ſine dependentia ab annexo uoto, ut patet in Eccleſia primitiua, & orientali uſque in hodiernum diem. In religionibus uerò quantumcunque aliquis exhiberet ſeipſum, & uoueret, niſi Eccleſiæ authoritas interueniret, numquàm uotum religionis eſſet ſolemne, ut patet de

votis profitentium religionē nō approbatam, ...

¶ Eſt igitur tertia opinio, quæ eſt veritas, quòd ... conſiſtit in hoc, quòd Eccleſiæ authoritate ... eſſe ſolemne. ſ. per quod homo inhabilis eſt ad ... in uoto ſacri ordinis, & in uoto regularis obedientiæ ...

habitus ex deuotionis feruore inuentum eſt ... di enim uota non excedunt uim uoti ſimplicis ... authoritas Eccleſiæ deeſt. Secus autem eſſe de ... tertij habitus tria religionis uota profitentibus ... Apoſtolicæ, Sixtus quartus per bullam declarat ... quod in ſexto Bonifacius octauus determinat ... lemnitas uoti ſola Eccleſiæ inſtitutione eſt inuenta ... Apoſtolica authoritate decreuit duo tantum uota ... ſcilicet religionis approbatæ, & ordinis ſacri. Et ... doctrinam obijciatur. ꝙ contradicit authori ... mæ opinionis reiectionem & in 4. ſenten. ... ſecundæ opinionis refutationem, quam ... aſſertionem: Reſpondeo quòd quantum ad pri... ſpectat, in æquiuoco forte ſumus quia author de ... remoniali de facto ordinata in huiuſmodi uotis ... quitur: ego autem de ſolemnitate, qua ipſum uotum ... ſe habet, quòd ſit ſolemne. Verumtamen de bene... meminit in litera, latior erit ſermo.

¶Quantum uerò ad ſecundam, & tertiam opinionem ... tradico authori. Ad cuius euidentiam ſcito, quòd ... ipſius, & ſtatutum Eccleſiæ, poſſunt dupliciter ... cet ſeorſum: & ſic neutrum ſufficit ad ſolemnitatem ... pterea ſecunda opinio ponens in ſola exhibitione ... lemnitatem, refutata eſt, & ab ipſo authore ... diſtin. 38. quæſt. 1. artic. 2. quæſt. 3. dum dicit, ... que aliquis profiteatur, niſi ſenato poſitiuo ... eſt uotum ſolemne. Propterea quoque tertia opinio ... ibidem refutatur, quòd ſcilicet ſuper ſimplici ... fundatur. Oportet namque iuxta ſecundum ... poſitæ membrum, ambo ſimul concurrere ... thoritatem, & ex parte uouentis in potentia ... teri, quæ impotentia, quia negatio eſt, ... tione: aut approbatæ exhibitionis ſuiipſius ... tioni conſonat, quaſi Eccleſia propter hoc ... ſeu mundi opera, quia approbat exhibitionem ... ſeu famulatum: aut approbati ſic uoti ... eſt ſic, hoc eſt, cum inhabilitatione uouentis ... approbatū prius ab Eccleſia, impotentia ...

Ad primum ergo dicendum, ꝙ huiuſmodi ſolemnitas pertinet non ſolum ad homines, ſed ad Deum, inquantum habet aliquam ſpiritualem conſecrationem, ſeu benedictionem, cuius Deus eſt author, etſi homo ſit miniſter, ſecūdum illud Num. 6. Inuocabunt nomen meum ſuper filios Iſrael, & ego benedicā
B cis: & ideo uotum [d] ſolemne habet fortiorem obligationē apud Deum, quàm uotum ſimplex: & grauius peccat, qui illud transgreditur. Quòd autem dicitur, quòd uotum ſimplex nō minus obligat apud Deum, quàm ſolēne, intelligendum eſt quantum ad hoc, quòd utriuſq; transgreſſor peccat mortaliter.

Ad secundum dicēdum, ꝙ particularibus actibus non conſueuit ſolemnitas adhiberi, ſed aſſumptioni noui ſtatus, ut * dictum eſt. Et ideo cùm quis vouet aliqua particularia opera, ſicut aliquam peregrinationem, vel aliquod ſpeciale ieiunium, tali uoto non congruit ſolemnitas, ſed ſolum voto, quo aliquis totaliter ſe ſubijcit diuino miniſterio, ſeu famulatui, in quo tamen voto quaſi uniuerſali multa particularia opera comprehenduntur.

Ad tertium dicendum, quòd vota ex hoc quòd fiunt in publico, poſſunt habere quandam ſolemnitatem humanā, nō autem ſolemnitatē ſpiritualem, & diuinam, ſicut habent uota præmiſſa, etiam ſi coram paucis fiant. Vnde aliud eſt votum eſſe publicum, & aliud eſſe ſolemne,

ſiquidem modo Eccleſia facere poteſt, ex quibus patet primò, ꝙ ad ſolemne uotum duo exiguntur tantum. Nam ex parte uouentis requiritur, quòd uoueat: ex parte autem Eccleſiæ, quòd votum ſit inhabilitans hominem ad matrimonium &c. Hanc enim inhabilitatem uim non poſſe uotum ex priuata poteſtate habere, ſed ab Eccleſia ſolum, manifeſte patet ex eo, quòd ſublata Eccleſiæ approbatione, & inſtitutione, quantumcumque aliquis ſuſcipiendo ſubdiaconatum uoueret caſtitatem, & quicumque alius profeſſionem alicuius religionis faceret, numquá ſolemni uoto ligaretur, numquam inhabilis eſſet ad matrimonium, quàmuis peccaret contrahendo, utpote contra uotū ſimpliciter agens: & in hac ui conſiſtit ſolemnitas uoti. Patet ſecundò, quòd hæc uis inhabilitans ſecundum præſentes Eccleſiæ inſtitutiones conuenit uoto ratione exhibitionis ipſius uouentis ad cultum ordinis ſacri, vel famulatum religionis approbatæ. Cuius ſignum euidens eſt, ꝙ ſi quis ſuſciperet ordinem ſacrum a non epiſcopo, ac per hoc non ſuſciperet ut in veritate ſacrum ordinem, non aſtringeretur voto ſolemni ad caſtitatem. Hoc.n. ideo eſt, quia Eccleſia uim inhabilitantem ſtatuit in uoto mediāte ordine: & ſimile eſt de profeſſione omnino inualida. Et propterea ius canonicum, & omnes dicunt, ꝙ votum ſolemnizatur per ſuſceptionem ordinis ſacri, vel per profeſſionem religionis approbatæ. Patet tertiò, ꝙ hæc uis inhabilitans non neceſſario exigit talem exhibitionem ad hoc, ꝙ poſſit ineſſe voto ex noua cōſtitutione Eccleſiæ: quoniam poſſet Eccleſia ſtatuere, ꝙ vouens coram tribus continentiam emittere, intelligatur uotum inhabilitans ad matrimonium, ſeu uotum ſolemne continentiæ, quod idem eſt. Et ex his omnibus apparet, ꝙ omnes opiniones aliquid veri dixerunt, & quòd doctrina hęc nō contrariatur authori.

¶In eodem 7. art. tàm in corpore, q̄ in reſponſione ad primum, aduerte, ꝙ in uoto ſolemni per ſuſceptionem ſacri ordinis, manifeſte inuenitur aliquid aliud a uoto ſpectans ad Deum.ſ. ipſe ordo ſacer. In uoto autem profeſſionis, benedictio ſpiritualis, cuius meminit author, non inuenitur uniuerſaliter, ut conſuetudo Eccleſiæ teſtatur. Non enim miniſtri Eccleſiæ inuocant, ut Deum benedicere putemus, iuxta authoritatem literæ, quæ non adducitur ab authore ad probandū, ꝙ in profeſsione fiat benedictio: ſed ad hoc, ꝙ quando per miniſtros Eccleſiæ fit benedictio, Deus eſt qui benedicit. Quare autem author benedictionem ad uotum ſolemne omnis approbatæ religionis extenderit, ratio eſſe uidetur: quia attendit ad id, quod de iure fieri debere uidetur, & non ad id quod fit: quaſi præſumatur, ꝙ profitentes abſque benedictione, intelliguntur profiteri cum benedictione, ſicut ab Apoſtolis & Eccleſia inſtitutum eſt de monachis. Sicut profitentes tacite per habitus geſtationem poſt annum &c. præſumuntur uouere ſolemniter, ſicut ab Eccleſia inſtitutum eſt. Ratio uerò, quare benedictionem huiuſmodi tāti fecerit, videtur eſſe, quia aliter ſtabiliter fundare indiſpenſabilitatem uoti ſolemnis religionis iuxta decretalem allatam inferius in art. 11. non poterat.

¶Ad cuius clariorem notitiam ſcito, ꝙ in uotis ſolemnibus, q̃ hēt Eccleſia, uidit author tria inueniri.ſ. uotum, mancipationem ad diuinum cultum ſeu famulatum: & cōſecrationem, ſeu benedictionem. Et ſupponit, ut inferius patet, quod uotum religionis eſſet indiſpenſabile per quancunque Eccleſiæ authoritatem: & propterea oportuit quòd indiſpenſabilitatem fundaret ſuper aliquo, qđ non ſubijceretur eccleſiaſticæ authoritati quò ad illius mutationem. Et quoniam tàm uotum, quàm mancipatio ad Dei famulatum, utpote hominum opera, ab eccleſia mutari poſſunt, ad opus Dei recurſum habuit.ſ. conſecrationem, & benedictionem, vt in his conſtituendo ſolemnitatem uoti, indiſpenſabile concluderet votum ſolemne quò ad id, quod per ſe ad ſolemnitatē ſpectat, ut in dicto articulo inferius patet. Hæc eſt radicalis ratio, quæ coegiſſe uidetur authorem ad ponendum, quòd ſolēnitas uoti conſiſtit in conſecratione, uel benedictione diuina. Altera au-

A tem ratio, quæ in hac litera affertur ex ſimilitudine ſolemnitatum in alijs actibus, ſeu ſtatibus ſcilicet militiæ, & nuptiarum, fundata ſuper ratione communi, quia ſcilicet ſolemnitas vnicuique rei adhibetur ſecundum illius rei conditionem, efficaciter infert, quòd ſolemnitas cæremonialis in voto debet fieri ſecundum aliquid ſpectās ad Deū, puta, ſecundum puritatem mentis, confeſ- In corp. ar.
ſionem, & cæremonias eccleſiaſticas ad Dei cultum pertinentes: ſicut etiam ipſum votum ad Dei cultū pertinet, cum ſit religionis actus. Hoc.n. optime infertur ex ratione, & ſimilitudine militiæ, & nuptiarum: ſed toto hoc conceſſo, non habetur quòd ſolemnitas, qua votum hēt vim dirimendi matrimonium, conſiſtat in his cæremonijs, aut diuino effectu per eas. Videtur ſiquidē mihi, quòd hoc in loco diſtinctio illa locum habeat ſcilicet de prima impoſitione nominis, de translatione eius ad aliud ſignificandum. Solenni-
C tas namque ſi ſecundum propriam ſignificationem ſumitur, cæremonialia, & præcipue ſacra importare videtur, quæ ſingulari quodam tempore fiunt, & inde translatum eſt ad alia. Et a conſuetudine Eccleſiæ factum eſt, ut cùm de voto agitur, ſignificet in voto vim dirimēdi matrimonium, ſeu id vnde votum habet vim talem. Vnde author ad propriam vocabuli ſignificationem more ſuo aſpiciens, & in cæremonialibus ſignificatis nomine ſolemnitatis, diuinum opus contemplatus, ad ipſum diuinum opus ſcilicet ſpiritualem benedictionem, ſolemnitatis nomen applicauit, volens ꝙ ex tali diuino opere votum habeat vim dirimendi matrimonium, &c. Vt autem ex dictis patet, hæc benedictio non inuenitur in omni verò voto ſolemni. Et vbi inuenitur, per accidēs ſe habet ad ſolemnitatem voti non cæremonialem, ſed legitimā, de qua eſt quæſtio: quæ voti ſolemnitas ideo vocari poteſt legitima, quia lege ſancita, & hoc nomine nuncupata, legis vim habet. Hæc autem ideo dicta ſint ut mens literæ percipiatur, & vt ſcias ſolemnitatem duplicem eſſe in uoto.ſ. cæremonialem, & le-
D gitimam, quæ ratione cæremoniarum adiunctarum ſortita videtur nomen ſolēnitatis. Sed de nomine non eſt quæſtio, ſed de re.

¶In eadem reſponſione ad primum eiuſdem ſeptimi articuli, dubium occurrit, An diſtinctio uoti ſimplicis, & ſolemnis ſit ſpecifica, ſic, quòd transgreſſor vtriuſque ſimul incurrat deformitates duarum ſpecierum. verbi gratia. Habens votum ſolemne, & ſimplex continentiæ, ſi fornicatur, peccet contra continentiam latriam voti ſimplicis, & latriam voti ſolemnis. Apparet enim ex dictis authoris in 4. diſtin. 38. quòd diſtinguantur hæc vota ſpecie, ſicut vegetatiuum, & ſenſitiuum: & conſequenter, quòd duarum ſpecierum mala incurrat transgreſſor vtriuſque.

¶In oppoſitum videtur eſſe, quia nihil eſt uinculi, nihil virtutis in voto ſimplici, quod non ſit in ſolemni. Et ſimiliter quicquid transgreſsionis eſt in uoti ſimplicis uiolatione, clauditur in uiolatione ſolemnis. Nulla ergo alia additur deformitas ex uiolatione ſimplicis uoti de eodem.

¶Ad hoc dicitur, quòd quemadmodum oculus hominis, & oculus leonis ſunt eiuſdem ſpeciei, inquantum ſunt potentiæ uiſiuæ
E propter identitatem formalem obiecti utriuſque, puta, coloris: potentiarū.n. diuerſitas, uel identitas formalis, penes obiecti formalis diuerſitatē, uel identitatem attenditur. Et ſunt diuerſarum ſpecierum, inquantum ſunt naturalia membra hominis, & leonis, iuxta illud Auer. in 1. de anima. Membra hominis, & mēbra leonis differunt, quia anima hominis differt ab anima leonis. Hæc ſiquidem diſtinctio ex parte ſubiecti, ſeu habentis, ſe tenet: ita votum ſolemne & uotum ſimplex, ſi ad actus referantur præſuppoſita identitate materiæ, eiuſdem ſicut ſpeciei, quoniam utrumque cultum Deo affert promittendo idem. Si autem referantur ad uouētem, ſic claudunt in ſe diuerſitatem ſpecificam, ſaltem propter inhabilitatem uouentis ad oppoſita, puta, ad matrimonuim, ad habendum proprium, &c. Propter quod uotum ſolemne dicitur habere plene uim obligatiuam, ſimplex autem non: quoniam ſimplex uotum continentiæ ſic obligat ad cōtinentiam, ꝙ relinquit

poten-

potentiam ad matrimonium,& eius opus. Solẽne autem ſic obligat, ꝙ vouens eſt inhabilis ad matrimonium, & eius opus, ita ꝙ ſi contrahat, matrimonium eſt nullum: & ſi vtatur illo, peccat mortaliter, etiam reddendo debitum. Et quoniam diſtinctio ſpecifica vitiorum ex parte obiecti attenditur (vnde non eſt hic diuerſitas) ideo eiuſdẽ ſpeciei eſt tranſgreſſio voti ſolemnis ſolũ, & coniuncti cum voto ſimplici præcedente, vel ſequente. Immo eiuſdem eſt ſpeciei transgreſsio ſolemnis, & ſimplicis, & differunt ſolũ ſecundum magis, & minus graue. Vnde in litera dicitur, quòd grauius peccat, qui ſolemne tranſgreditur. Ad obiectionem autem ex 4. ſentent. dicitur, ꝙ diſtinctio ſpecifica, qua ſenſitiuum in homine differt ſpecie a ſenſitiuo puro, puta, in leone, non eſt ex parte obiecti vt patet de oculis,& cæteris ſenſibus, ſed ex parte habentis. Vnde ex hoc non habetur aliquid contra determinationem factam.

Inf. q. 189. ar. 5. Et 4 d. 32. ar 4. & diſt. 38. q. 1. ar. 1. q. 5. Et opuſ. 57. c. 12.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum illi, qui ſunt alterius poteſtati ſubiecti, impediantur a uouendo.*

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur, quòd illi, qui ſunt alterius poteſtati ſubiecti, non impediantur a vouendo. Minus enim vinculum ſuperatur a G maiori: ſed obligatio qua quis ſubijcitur homini, eſt minus vinculum, quàm votum per quod aliquis obligatur Deo. ergo illi, qui ſunt alienæ poteſtati ſubiecti, non impediuntur a uouẽdo.

¶2 Præt. Filij ſunt in poteſtate patris: ſed filij poſſunt ꝓfiteri in aliqua religione etiã ſine uoluntate parentum. ergo non impeditur aliquis a uouendo per hoc, ꝙ eſt ſubiectus poteſtati alterius.

¶3 Præt. Maius eſt facere, q̃ promittere: ſed religioſi qui ſunt ſub poteſtate prelatorum, pñt aliqua facere ſine licentia ſuorũ prælatorum, puta, dicere aliquos pſalmos, uel facere aliquas abſtinentias. ergo uidetur ꝙ multò magis poſſint huiuſmodi Deo uouendo promittere.

¶4 Pręt. Quicũq; facit, qđ de iu-

### ¶Super quæſtionis octuageſimæoctauæ Articulum octauum.

IN ar. 8. eiuſdem 88. q. dubium occurrit, An votum ſubditi de eo, in quo ſubijcitur, obliget ſubditum ad mortale antequam H innoteſcat ſuperiori. Verbi gratia. Vouet religioſus quotidie dicere ſeptem pſalmos pœnitentiales, nec hoc votum indicat prælato ſuo, ſi interim transgreditur tale votum, an peccet mortaliter. Videtur enim quòd non peccet, ſaltem mortaliter, quia tale votum vſquequo innoteſcat prælato, non eſt firmum, vt patet, & in litera dicitur in reſponſione ad tertium, & ad quartum. Et ſi non eſt firmum, ergo non eſt votum, quoniam de ratione voti eſt firmitas. Et ſi non eſt votum, ergo non habet vim obligatiuam ad mortale. In oppoſitum eſt, quia votum conditionatum extante conditione obligat ad mortale: ſed huiuſmodi votum eſt conditionatum, vt in litera dicitur in reſponſione ad vltimum, & conditio extat: nam conditio ſubintellecta eſt, ſi ſuperior non contradixerit, & hæc extat quandiu ſuperior neſcit tale votum. ergo huiuſmodi votum obligat ad mortale neſciente ſuperiore.

¶Ad euidentiam huius difficultatis, ſciendum eſt, quòd bonum ſupererogationis quod ſubditus vouet, poteſt dupliciter ſe habere ad ſubditum vouentem I ſcilicet vt inhibitum in communi, vel in particulari vel ut non inhibitum. Habet enim ſe ad religioſum, ut inhibitum in communi, opus peregrinationis, quia non poteſt ſine licentia exire clauſtrum: ut inhibitum uero in particulari, opus mortificationis uerberando ſe, & huiuſmodi, ſi a prælato prohibentur fieri ſine ſua licentia. Vt non inhibitum uero opus orationis, quando ſibi vacat. Si igitur ſubditus uouet opus ſupererogationis inhibitum, ſubintelligitur conditio affirmatiua. ſ. ſi ſuperior conſenſerit, qm̃ aliter materia voti non eſſet opus virtuoſum. Opus. n. inhibitum ſtante inhibitione conſtat nõ eſſe opus virtuoſum. Votum autem eſt promiſsio facta Deo,& non debet eſſe ridiculoſa. Vnde tenetur ſubditus conſenſum ſuperioris requirere, antequàm ſit in mora perſoluendi uotum. Niſi enim ipſe ſuperiorem teneretur requirere de relaxanda inhibitione, ſeu cõcedenda licentia, vana & ridiculoſa eſſet promiſsio.

¶Et confirmatur, quia in promiſsione quæ fit homini cum conditione, ſi conſenſerit amicus, uel cognatus, &c. aut implicite ſubin K telligitur quis debeat requirere conſenſum, aut ſpecificatur quis teneatur, ſi inter rationales homines ſit contractus. In uoto autem inter hominem, & Deum fit quaſi contractus quidam, & cùm non expectetur quòd Deus procurare debeat conſenſum ſuperioris, reſtat vt vouens teneatur ad ſuperioris conſenſum requirendum. Tempus autem requirendi, ut dictum fuit, eſt antequàm ſit in mora implendi promiſſum. Si autem ſubditus uouet Deo opus ſupererogationis non inhibitum, tunc conditio ſubintellecta eſt negatiua ſcilicet ſi non contradicat ſuperior. Et ratio eſt, quia actus ſupererogationis, qui eſt in poteſtate ſuperioris non inhibitus, eſt uere actus virtutis, & ſtante conditione non inhibitionis, eſt in poteſtate uouentis durante conditione. ergo poteſt eſſe materia uoti. Non requiritur ergo ad hoc, quòd tale uotum ſit uere uotum conditionatum, conſenſus ſuperioris: quoniam in nullo poteſtatem ſuperioris lædit.

F ¶ Et propterea ad dubium motum dicitur, ꝙ ...
puta, puella, uxor, religioſus &c. voueat ...
poteſtate ſuperioris, tenetur ea implere, ...
ſciente, & peccat mortaliter tranſgrediendo, ...
non contradictionis ſuperioris. Et ad obiectionem ...

ctio propter diuerſam diſpoſitionem materiæ ...
eſſe inhibitum, uel non eſſe inhibitum, ut declaratum ...

¶Sed hic occurrit dubium non pertranſeundum ...
perioris conſenſus, uel contradictio in uoto ...
tur ad opus, quod eſt materia uoti: an ad uinculum ...
dubitare de hoc, quærere, cùm quis ſubditus uouet ...
tionem uel ieiunium, ſi ſuperior negat licentiam ...
inhibet ieiunium, an teneatur manifeſtare ſuperiori ...
uoti de hoc, an ſufficiat, ꝙ ſuperior neſciens ...
hac ſi quidem cogitatione multa dependent. V...
tradictio, uel diſſenſus referatur ad uinculum ...
tradictio ſuperioris nihil aliud eſt, quam in ...
tur autem uotum a ſuperiore neſciente. Et ...
ri trigeſimo, ubi de huiuſmodi uotis eſt ſermo ...
tradictio ſuperioris referatur manifeſte ad uo...
tera de patre reſpectu puellæ, & uiro reſpectu ...

¶In oppoſitum autem eſt, quia oppoſitum ...
ad conſtituendum uotum conditionatum ...
rioris conſenſus ad opus, ut patet ex dictis, ...
dã obligationem huiuſmodi uoti ſufficit ...
ſpectu operis.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia cõſenſus, uel diſſenſus ...
gitur ad uotum ratione materiæ, quia ſcilicet ...
mittitur, eſt in poteſtate ſuperioris, & ad hoc ...
oportet ꝙ ſit actus uirtutis, nec poteſt eſſe ...
ſuperiore non inhibitus, ideo contradictio, ...
rioris directe ad opus reſpicit, quod eſt ...
opus inhibetur, deſinit eſſe materia uoti, ...
obligatio uoti non ſe extendit ad illud & ...
habetur materia uoti, & obligatio uoti ...
te nõ inhibitione. Ex eo autem ꝙ ceſſat obligatio ...
teriæ ſubtractæ ab eo cuius eſt, ſequitur ꝙ non ...
uoti ſui uinculum ſuperiori: quoniam ...
obligatio remaneret reſpectu illius operis ...
qñ deſinit eſſe. Sicut nec habẽs uotum ...
cõiugi ĩdicare uotum ſuum: ſed põt ...
ratione; quia, ſ. actus concubitus reddendo ...
materia uoti caſtitatis, durante cõiugio. Nec ...
ſi indicaret uoti ſui uinculum ſuperiori ...
cederet illud, quoniam licet hoc forte ...
hoc tenetur ex ui uoti. Sicut nec talis ...
iuge, ꝙ non teneatur reddere debitum, ...
Et ratio eadem eſt quæ iam dicta eſt ...
deficit propter ſubtractionem materiæ, ...
bitione. Dixi autem ex ui uoti: quia ...
cuius uouentis fuiſſet obligare ſe ad ...
in cuius poteſtate eſt materia quam ...

¶Ad obiectionem uerò in oppoſitum eſt, ꝙ ...
tare, & aliud eſt uotum deſinere ab obligatione ...
propter defectum materiæ totaliter, uel ...
que requirit notitiam uoti, aut ſaltem ...
tatiuam uotorum ſubditi. Et de irritatione ...
notitiam ſuperioris ponderat. Deſino ...
ctu materiæ non exigit niſi materiæ ...
ignoranter dñs materiæ illã auferat. ...
tiarum. Sed qm̃ idem non eſt petere ...
abſolute, & petere hęc eadẽ ut ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ficio per votum,& vniuerſaliter vt promiſſa Deo,& negat quandoque quis cõcedere aliquid abſolute ſubdito,quod vt Deo exoluendum concederet:ideo tutius eſt dicere,ꝙ tenetur petere rem, uel opus,vt promiſſa Deo.Nec eſt ſimile de coniuge habente votum caſtitatis, quia non eſt uti actu venereo reddendo debitum, nec ei ſub conditione cadit ſub voto caſtitatis. Votum autem ſubditi conditionaliter comprehendit opus etiam prohibitum: & hæc eſt regulariter amplectenda. In caſibus autem prima ſufficere videtur, non tamen ad irritã dum uotum, ut dictũ eſt.

re facere non poteſt, peccat: ſed ſubditi non peccant uouendo, quia hoc nunquam inuenitur prohibitum. ergo uidetur ꝙ de iure poſſint vouere.

Sed contra eſt, quod Nume.30. mãdatur, quòd ſi mulier in domo patris ſui, & adhuc in puellari ętate aliquid uouerit, nõ tenetur rea uoti, niſi pater eius conſenſerit:& idem dicit de muliere habente uirum, ergo pari ratione, nec aliæ perſonæ alterius poteſtati ſubiectæ poſſunt ſe uoto obligare.

¶In eodem ar. circa uota ſubditorum occurrit aliud dubium, An ſubditus uouens cum licentia ſuperioris, qui poſt uotum factum reuocat licentiam, teneatur adimplere uotum. Et videtur quòd nõ. Primò, quia hæc eſt Auguſtini ſententia ſumpta ex 30.c.Numeri, vt patet per ipſum Auguſtinum in eodem loco, cuius verba in parte allegantur a Magiſtro ſententiarum in 32.diſt.4.& habentur in Decretis 33.q.5. cap. Manifeſto. Vbi Gratianus in fine cap. Mulierem. expreſſe hoc explicat.

C

¶In oppoſitum autem eſt, quia ſuperior reuocans peccat, vt patet ex eo ꝙ Numeri 30. dicitur de uiro reuocante, quòd portabit iniquitatem ſuam. Et conſtat ꝙ ideo peccat, quia iniuſte inhibet rem Deo cum ſuo conſenſu promiſſam, non dari. Iniuſtis autem inhibitionibus non eſt obediendum, ſed contradicendum. Igitur ſubditus tenetur fidem promiſſam Deo ſeruare cõtra uoluntatem ſuperioris iniuſtam.

¶Ad eius euidentiam præmittenda ſunt duo. Et primò, ꝙ cum conſenſus, vel diſſenſus ſuperioris in voto ſubditi, reſpiciat directe materiam uoti, quæ quia non eſt ipſius vouentis, ſed ſuperioris, non poteſt eſſe materia ſubditi: nullus enim poteſt obligare Deo quod ſuum non eſt: conſequens eſt, ut quanto ſuperior concedit ſubdito vouere aliquid, puta, ieiunium, uel orationem, facit actum illum qui eſt materia voti, eſſe uouentis, non ſimpliciter & abſolute, ſed ad promittendum, & exhibendum Deo quod exigitur. Et ſufficit ad hoc, ꝙ res ſit materia voti ſubditi, ut manifeſtius patet in exemplo rerum corporalium. Vir nanq; concedés

D

vxori vt voueat tale vas argenteum Deo, non facit per hanc conceſſionem, ꝙ illud vas ſit ſimpliciter & abſolute vxoris: ſed facit ꝙ illud uas ſit uxoris quo ad promittendum, & exinde exhibendum Deo. Nam uxor non poteſt per iſtam conceſſionem facere quicquid vult de illo vaſe, ſed ſolum promittere, & exinde exhibere illud Deo. Non transfert ergo per huiuſmodi conceſſionẽ vaſis dñium in uxorem ſimpliciter, ſed ſm quid, ſ. quò ad promittendum, & inde exhibendum Deo: ſed remanẽte dñio vaſis apud virum, vxor ſit domina eiuſdem vaſis, quò ad hæc tantum. Sicut ſi vir concederet tale uas alicui vt daret illud in pignus, non pro ipſo domino, ſed pro eo cui conceditur uas, dominium uaſis abſolute remaneret apud virum: & is cui conceſſum eſt, eſſet dominus quo ad hoc, quod eſt dare illud in pignus. Eſſet enim uas ſuũ quò ad hoc, & non ſimpliciter. Cùm igitur ſuperior cõſentit inferioris voto, facit vt materia voti ſit ſua. ſ. ipſius ſubditi. Sua autem nõ ſimpliciter, ſed ad promittendum, & exinde exhibendum Deo. Et propterea remanet poſt conceſsionem dominium ſimpliciter illius materiæ apud ſuperiorem. Secundò ſciendum eſt, ꝙ quando

E

aliquid conceditur alicui non abſolute, ſed ad aliquem actum, res illa ſic conceſſa, non tranſit in actuale dominium eius cui eſt ſic conceſſa, niſi per actum illum ad quem eſt conceſſa, ac per hoc donec exerceatur actus ille, res ſic conceſſa non eſt, etiam quò ad hoc, extra dominium ſuperioris qui conceſſit, niſi in potentia, quia. ſ. ſubditus poteſt rem illã aſſumere in materiam talis actus. v.g. proſequendo exemplum poſitum, Vas conceſſum a viro vxori ad vouendum illud Deo, vel ad dandum in pignus, quia nõ eſt conceſſum abſolute, ſed ad actum promittendi, & exinde exhibẽdi Deo, vel dandi in pignus, ideo non trãſit etiam in dominium vxoris quò ad hoc ſcilicet ꝙ ſit ſuũ vt materia promiſſionis &c. niſi in potentia, donec promittat illud Deo. Nam antequàm promittat illud Deo, non eſt illud uas ſuum in actu, ut materia promiſſionis, ſed in potentia: quia ſcilicet poteſt illud promittere. Vnde ſi vxor nunquàm promiſſionem reduceret ad actum, nunquam vas conceſſum ſibi ad actum promiſſionis tãtum, efficeret actu ſuum ſecundum quid. ſ. vt materia promiſſionis ſuæ. Ex his

A

autem principiis reſpondẽdum eſt ad quæſitum, ꝙ ſubditus q uouit de conſenſu ſuperioris poſtea reuocantis, ſeu inhibentis exhibitionem rei uoto promiſſæ, excuſatur a peccato non ſeruando votum: ſuperior uerò peccat mortaliter reuocãdo, ſeu inhibẽdo. Quòd.n. ſubditus excuſetur, ſequitur ex eo, ꝙ res conceſſa ſibi ad promittendum, & exhibendum, licet facta fuerit actualiter ſua ut materia promiſsionis quando vouit, non tamen facta eſt ſua in actu. ſed in potentia, ut materia exhibitionis. Et propterea ex quo ſuperior antequam ab eo transferatur dominium, quò ad hoc ꝙ res ſit materia exhibitionis, rem illam retraxit ad ſe, ſubditus, cuius non erat ad huc actu etiam ſecundum quid res illa, nõ tenetur ad exhibendum quod ſuum non eſt. Quòd verò ſuperior mortaliter peccet inhibẽdo, ſequitur ex hoc, ꝙ licet apud ſuperiorem remãſerit dominiũ illius rei exhibendæ Deo, remanet tamen dominium obligatum ad exhibendum rem illam Deo ratione voti ſui ſubditi, quo res illa obligata eſt Deo de conſenſu ipſius ſuperioris. Et propterea tanquàm uiolator, & deluſor vinculi ad Deum, mortaliter peccat. Et ꝓpterea

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra * dictũ eſt, uotum eſt promiſſio quædã Deo facta. Nullus autem põt per promiſſionẽ ſe firmiter obligare ad id, qđ eſt in poteſtate alterius, ſed ſolũ ad id qđ eſt omnino in ſua poteſtate. Quicunq; aũt eſt ſubiectus alicui, quãtũ ad id, in quo eſt ſubiectus, non

B

eſt ſuæ poteſtatis facere qđ vult, ſed dependet ex volũtate alterius: & ideo non poteſt ſe per uotum firmiter obligare in his, in quibus alteri ſubiicitur, ſine conſenſu ſui ſuperioris.

* Ar.1.q.præc

C

lex diuina Numeri 30. maritum qui poſt conſenſum reuocauit, portare ſuam iniquitatem ſtatuit: vxori autem non iuſſit ut inuito marito exequeretur, inſinuans per hoc, ut Auguſt. expoſuit, uxorem eſſe excuſatam ad obſeruationem voti. Et per hoc patet reſponſio ad obiectionem in oppoſitum, quia ſcilicet iniuſte inhibere, aut præcipere contingit dupliciter. Vno modo, vt a iuſtis exequendis ad quem tenemur, abſtineamus, aut iniuſta faciamus, vt ſi quis præciperet furari, aut non credere in Deum: & ſic non eſt obediendum iniuſte mandantibus. Alio modo, quia tantum ipſe præcipiens, aut inhibens peccat inhibendo, ſeu præcipiendo: & ſic iniuſte inhibentibus, aut præcipientibus eſt parendum. Et ſic eſt in propoſito, quoniam, vt dictum eſt, ſubditus non tenetur ad exhibendum Deo, quod debebat eſſe ſuum, & impeditum eſt ne ſit ſuum, ſed ſuperior impediens poſt uinculum, ne ſit ſubditi ad exhibendum Deo vt conſenſerat, in culpa ſolus eſt. Caue autem hoc in loco ne ex dictis accipias, aut inferas, ꝙ ſi prælatus conſentiat voto ſui ſubditi, non poſſit ſine peccato in uoto illo

D

poſtea diſpenſare: hoc nanque non eſt dictum nec clauditur ſub data doctrina, ſi formaliter intelligatur ut intelligi debet. Sermo nanq; habitus fuit de ſuperiore, & ſubdito, inquãtum huiuſmodi, inquantum. ſ. ſuperior eſt dñs, aut quaſi dominus materiæ voti, & ſubditus dñio illius caret. Magna aũt eſt differẽtia inter ſuperiorem, & eccleſiaſticum prælatum. Nã uir eſt ſuperior reſpectu vxoris, & pater reſpectu filij, & dñs reſpectu ſerui, non tñ eccleſiaſticus prælatus. Et ruſus ſuperioris poteſtas eſt ad irritandum uota: eccleſiaſtici autem prȩlati ut ſic, poteſtas eſt ad diſpenſandum, vel cõmutandum uota. Et ſuperioritas conuenit alicui in propria perſona, eadem ratione qua eſt dominus, uel quaſi dominus materiæ promittendæ, vt patet de patre marito &c. Prælatio aũt eccleſiaſtica conuenit alicui in perſona Dei, vt inferius in hac eadem q. patet ab authore. Vnde hæc duo inueniuntur & ſeparata, & coniuncta. Qñ ſunt ſeparata, ut contingit in votis ſæcularium. v.g. in votis mulierum habentium viros, poteſtas ſuperioris eſt in marito: poteſtas autem prælati eſt in epiſcopo. Et tunc maior eſt pote-

E

ſtas ſuperioris q̃ prælati, quia ſuperior utpote dñs materiæ uoti põt irritare uotum, ut pote de re ſua ſine ſe factum. Prælatus aũt, vt pote diſpenſator, non dñs, poteſt diſpenſare, vel commutare. Et propterea uxorum uota tutius a uiris irritantur, quàm a prælatis diſpenſetur: & ſimile eſt de aliorum ſubditorum uotis, quò ad id, in quo ſunt alterius. Quando uerò ſunt coniuncta in eodẽ ſuppoſito, ut contingit in prælatis religioſorum, qui ſunt & tanquam domini materiæ vouende, & tanquàm diſpenſatores uotorum in perſona Dei, non ſunt deterioris conditionis ex hoc, ꝙ ſunt coniuncta hæc duo in uno, quàm ſi eſſent ſeparata. Et propterea ſicut in uotis uxoris de conſenſu mariti factis, põt eps diſpenſare, ita in uotis religioſorum de ſuperioris conſenſu factis, põt ipſe idem, inquantum prælatus. ſ. in perſona Dei diſpenſare. Nam quando conſenſit uoto ſubditi non ut prælatus in perſona Dei, ſed ut quaſi dominus materiæ promittendæ conſenſit. Vnde ſi poſtea in perſona Dei diſpenſet, aut commutet, non eſt reuocator conceſsionis, aut inhibitor ſeruandæ promiſsionis, ſed diſpenſator. Nec hoc eſt authorizare in facto proprio, ut quidã

autumare

autumare videntur, qm̄ nihil de proprio facto iudicat: ſed de voto ſubditi tamquam rato & firmo, cui per accidens coniungitur, ꝙ ex propria conceſſione ipſius qui diſpenſat, fuerit ratum. Quæ enim ſunt per accidens, tamquàm externa relinquuntur.

¶ Circa vota ſubditorum aliud adhuc dubiū incurrit, An ſi irritata ſunt ab habente poteſtatem non perpetuā, ſint ſemper irrita, aut ceſſante ſtatu ſubiectionis illius reuiuiſcāt. v.g. An puella teneatur ad exequendum ſuum votum a patre irritatū, poſtquam ætate puellari tranſacta, facta eſt ſui iuris.

Art. 2. huius quæſt.

q. 32. art. 7. & q. 86. ar. 5.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ſub promiſſione Deo facta nō cadit niſi quod eſt uirtuoſum, ut ſupra † dictum eſt. Eſt aūt contra virtutem, ut id, quod eſt alterius, homo offerat Deo, ut ſupra * dictum eſt. Et ideo non poteſt omnino ſeruari ratio uoti, cùm quis in poteſtate alterius cōſtitutus uouet id, quod eſt in poteſtate alterius, niſi ſub conditione, ſi ille, ad cuius poteſtatē pertinet, non contradicat.

Ad secvndvm dicēdum, ꝙ ex quo homo venit ad annos pu-

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſiue uotum fuerit ꝑpetuum, ſiue tꝑale, ex quo eſt factum de eo, quod eſt nō ſuū, ſi ſuperior, in cuius poteſtate tunc eſt illud quod uoto promittitur, irritat uotū, amplius non tenetur. Et ratio eſt, quia ſi teneretur poſtquàm eſt facta perſona illa ſui iuris, aut abſoluto illo prælato qui irritauit, iſta obligatio cùm non ſit poſtea de nouo adueniens, non eſſet niſi ratione continuati vinculi ipſius uoti. Sed vinculum voti ex quo fuit irritum, deſijt eſſe, & conſtat ꝙ illud quod non eſt, continuari non poteſt. Non ergo tenetur quis ad implendum votum ſemel irritum: & hoc aperte in ſacris canonibus patet extra, de cōuer. coniu. c. Quidam. &c. Placet. ubi vir profeſſus irritante vxore ſuum uotum, illa mortua, non tenetur ad religionem. Sed aduerte ꝙ ſi perſona ſubdita voueret nunc aliquid non pro nunc, ſed pro tempore quo illud erit ſuum, ꝙ votum tale eſt firmum, adeo ꝙ non poteſt a ſuperiore irritari. v.g. Vxor vouet ieiunare quando erit uidua. & ſic de alijs. Et ratio eſt, quia res promittitur pro illo tempore quo non erit in poteſtate ſuperioris. Et iam conſtat, ꝙ ideo ſuperior habet poteſtatem irritandi, quia eſt dominus, aut quaſi dominus materiæ quæ promittitur, cuius oppoſitum hic accidit, & nō ratione ſuperioritatis reſpectu perſonæ uouentis. niſi quatenus ipſa perſona vouētis eſſet voti materia. Super hoc enim fundamento tota hæc doctrina fundata eſt, & bene.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem 8. ar. primò declarandus eſt verus ſenſus literæ: deinde diſcutienda ſunt dubia quædam de votis religioſorum. Scito igitur quòd reſponſio iſta communiter videtur male intellecta, quoniam intelligitur quod hæc litera reddat pro ratione, quare nullum votum religioſi eſt firmū: quia nullum tempus eſt, in quo prælatus non poſſit ſubditum occupare. Et quia ratio iſta inefficax inuenitur, aut reprehenditur author, aut excuſatur cum gloſſis. Et ſalua eorum reuerentia. oīum error accidit, quia verba literæ ſecundum planam eius conſtructionem non conſiderauerunt. Litera nanque in principio reſponſionis ponit cauſam, quare nullum votū religioſi eſt firmum tali contextu, ꝙ primò explicat ipſam rem, quæ eſt cauſa, dicens ꝙ religioſus ſubditus eſt prçlato quantum ad ſuas operationes ſecundum profeſſionem regulæ. Et ſtatim ſubdit aduerbium cauſale ad inferendam dictam concluſionem, dicens, Et ideo nullū uotum religioſi eſt firmum, niſi ſit de conſenſu prælati. Sed quoniam in contextu literæ in ly ideo, & ly nullum votum, mediat vna parētheſis, quia interponitur totum hoc. ſ. (Etiam ſi aliquis ad horam aliquid facere poſſit, quando ad alia non occupatur a prælato) quia tamē nullum tempus eſt exceptum, in quo prælatus non poſſit eum circa aliquid occupare, idcirco male intellecta eſt hæc litera. Vbi aduerte duo. Primo, ꝙ ratio illius interpoſitionis fuit, vt reſponderet non tacitæ, ſed expreſſæ obiectioni in argumento, & in ipſa interpoſitione replicatæ. ſ. Etiam ſi religioſi poſſint aliqua bona facere ſine licentia prælatorum: ergo poſſunt promittere. Secundò, quia illa concluſio, Nullum uotum religioſi eſt firmum, eſt concluſio illata in contextu literæ ex duobus. Primò, ex propoſitione poſita in principio reſponſionis tanquam cauſa concluſionis, vt dictum eſt. Secundò, ex illa aduerſatiua interpoſita. ſ. Quia tm̄ nullum tempus eſt &c. non tanquam a cauſa concluſionis, ſed tanquam a particulari cauſa excludente particularem obiectionem, ſ. de votis, quorum adimpletio eget tempore. Non enim omnia vota, etiam proprijſſime reſpectu boni ſupererogationis, egent tempore in executione, ut patet de voto abſtinentiæ. Propter hoc enim ſecundum plenam cōſtructionem literæ, illa concluſio vtrique deſeruit. Hic eſt proculdubio ſenſus literæ.

¶ Circa concluſionem autem ipſam. ſ. Nullum uotum religioſi eſt firmum, dubium multiplex oritur. Primum eſt, de eius ratione: qua. ſ. ratione habeatur ueritas iſtius cōcluſionis. Secundum eſt,

F de eius veritate. Nam videtur habere in[...] ribus rerum. Primò, quò ad inhibita, ſeu [...] ſtatutis religionis. Videtur enim quòd p[...] voueri firmiter: quoniam non eſt ſubdi[...] lam, aut ſtatuta, vt ſi quis voueret ieiuna[...]

bertatis ſi ſit liberæ conditionis, eſt ſuæ poteſtatis, quantum ad ea quæ pertinent ad ſuam perſonā, puta, ꝙ obliget ſe religioni per votum, vel ꝙ matrimoniū contrahat: non autem eſt ſuæ poteſtatis quantum ad diſpenſationē domeſticam. Vnde circa hoc nō poteſt aliquid vouere, quod ſit ratum ſine conſenſu patris. Ser-
G uus autē quia eſt in poteſtate domini, ēt quantum ad perſonales operationes, nō pōt ſe voto obligare ad religionem, per quam ab obſequio dn̄i ſui abſtraheretur.

ꝙ ideo religioſus non poteſt vouere, quia Eccl[...] habetur 20. q. 4. Canone Monacho, vbi dicitur [...] licet vota vouere: ꝙ ſi vouerit, frangendum eſt [...] iſte ſit ex Baſilio a Gratiano acceptus, & a Ca[...] lica ſede, non oſtendatur habere robur, nulla [...] ſiæ, ſed Baſilij authoritas habetur. Et propter [...] dus, ꝙ Eccleſia diuina authoritate hoc ſtatu[...] attuliſſet, feciſſet ſatis. Accommodatione [...]
H ceo, quia rationem efficacem quærimus. Ad [...] litera poſitam me conuerto. ſ. quia religioſus ſub[...] quantum ad ſuas operationes ſecundum profe[...] Ex hoc. n. habetur, ꝙ cùm omne votum habe[...] rationes ipſius religioſi, conſequens eſt ut re[...] materiæ voto promittendæ. Et ſi quidem om[...] tiones ſint ſubditæ prælato, manifeſte ratio [...] autem aliquæ ſic, & aliquæ non, oportet vide[...] ſequela habeatur. Principium autem huius e[...] dum eſt, quòd operationes religioſi quò ad [...] prælato. Primò, quò ad exercitationem, [...] las, vel earum omiſſiones præcipere ex[...] ire ad chorum, ſeruire infirmis, &c. Secundò, [...] rationis, quia. ſ. prælatus pōt de operatione [...] diſpenſando, ut comedere bis feria ſexta, [...] & huiuſmodi, quæ ſunt operationes ſecundum [...] quas tamen ſecundum regulam poteſt, qua[...]
I latus diſpenſando facere licitas huic ſuo ſubdi[...] operationes neceſſariæ ad ſalutem, aut qu[...] genere ſiue venialia, ſiue mortalia, neutro mo[...] religioſorum. Operationes verò ſupererog[...] dentes profeſſionem aliquo modo ſubſunt, & [...] ſubſunt prælatis. Nam quò ad exercitatio[...] ſubditis, non ſubſunt prælatis. Votum m[...] non augeat prælatus ſine mea voluntate. N[...] tus regulariter præcipere ieiunium, quan[...] tenetur religioſus ieiunare: quod tamen poteſt [...] tale opus ad ea quæ dicta ſunt regulæ [...] ad omiſſionem uerò ſubſunt prælatis [...] ad altiorem religionem, ſeu ſtatum. Poteſt [...] gioſi ſuo ſubdito quodlibet aliud ſupererog[...] re, quia iſtæ operationes poſſunt ordinari [...] in quibus directe religioſus eſt ſubditus præ[...] illicita ex regula, quæ prælatus poteſt facere [...]
K ſpenſando, conſtat quod ſubſunt prælato, [...] poteſt ſecundum regulam de illicitis facere [...] ad exercitationem, quia præſuppoſita diſpen[...] cipere ſuo ſubdito eorum executionem [...] ſecundum regulam. Poteſt enim præla[...] præcipere, quod loquatur tempore ſilentij, [...] pore ieiunij, quando diſpenſando [...] quò ad illum tunc, & neceſſeas, [...] ratio eſt, quia nihil prohibitum in regula [...] prælato eſt, quod non poſſit diſpenſa[...] rationabiliter ordinari. Religioſus [...] cundum regulam, non ſolum ſubditus eſt [...] omiſſiones contentas in regula, ſed [...] ſub regula rationabiliter ordinari poſſunt [...] inter prælatum, & ſubditū diſceptatione [...] tere hoc, uel illud propter bonū commu[...]

Ad tertium dicendum, quòd religioſus ſubditus eſt prælato quãtum ad ſuas operationes ſecundum profeſſionem regulæ. Et ideo etiam ſi aliquis ad horam aliquid facere poſſit, quando ad alia non occupatur a prælato, quia tamen nullum tempus eſt exceptum, in quo prælatus non poſſit eum circa aliud occupare, nullum uotum religioſi eſt firmum, niſi ſit de conſenſu prælati: ſicut nec uotum puellę exiſtẽtis in domo, niſi ſit de conſenſu patris: nec uxoris, niſi ſit de conſenſu uiri.

Ad qvartvm dicendum, ꝙ licet uotum eorum qui ſunt alterius poteſtati ſubditi, non ſit firmum ſine conſenſu eorum quibꝰ ſubiiciuntur, non tamen peccant uouendo, quia in eorum uoto intelligitur debita conditio, ſ. ſi ſuis ſuperioribus placuerit, uel non renitantur.

netur, quia non eſt hoc expreſſum in regula. Ex quibus omnibus colligitur, quòd religioſus ſubditus eſt prælato in operationibus exercendis & omittẽdis omnibus, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, aut peccata, except o exercitio excedentium regulam, & tranſitu ad arctiorem religionem, uel ſtatum: quæ quia ſemper intelliguntur excepta, iõ abſolute uerificatur, ꝙ religioſus eſt ſubditus prelato in omnibus operationibus & omiſſionibus ſuis. Vnde facile patet ratio, quare nullũ religioſi uotũ ꝓprie, ſ. reſpectu boni ſupererogatiõis, operationis uel omiſſionis, eſt firmũ, q. a. ſ. eſt ſubditus prælato quò ad hæc ſecundum regulam: quia eſt ſubditus ei in omnibus ſuis operationibus, & omiſſionibus, quæ ſunt, aut poſſunt eſſe oportunæ ad regulam, & ad ea quæ regulæ ſunt. Et propterea licet religioſus non ſubſit prælato in oĩbus abſolute, quia tamen eſt ſubditus ei in omnibus ſuis, quæ ſunt, uel eſſe poſſunt oportuna ſecundum regulam, ideo bene infertur, quòd eſt ei ſubditus in omnibus ſuis operationibus, & omiſſionibus ſupererogationis reductiue ſaltem ad regulam, & ea quæ ſunt regulæ. Et propterea nullum illius uotum de huiuſmodi eſt firmum, utpote factum de eo quod eſt in poteſtate alterius directe, uel reductiue: quod magis reſpondendo ſingillatim ſingulis dubiis patet.

¶ Vnde ad primum dubium de uoto eorum, quæ ſunt ſtatuta in regula dicitur, quòd tale uotum eſt uotum ſupererogationis, quã do fit de his, quę ſunt diſpenſabilia a prælato: quia eſt de his quæ ſunt religioſo ex diſpenſationæ licita, & ad quorum oppoſita poteſt cogi a prælato diſpenſante cum eo: quoniã, ut dictũ eſt, horũ oppoſita ſunt quandoque opportuna ad ea, quæ religionis ſunt, propter quod prelatis commiſſa eſt authoritas diſpenſandi. Nec
D hoc eſt præcipere contra, aut prẹter regulam, ſed ſcđm regulã, qm̃ ſecundum regulam hẽt poteſtatẽ diſpenſatiuã: & conſtat ꝙ diſpẽſatione facta, regula non obligat. Vnde nihil contra, aut præter eã agitur, ſed ſecundum eã prẹcipit actũ opportunũ ad ea quę regulæ ſunt. Quo fit ut huiuſmodi uota dupliciter derogent poteſtati prælati. Primò quò ad qualitatem actus, quia prẹlatus poteſt facere diſpenſando de actu illicito licitum huic ſuo ſubdito. Et ſi uotum ſubditi eſſet ualidum, quantumcumque prælatus faceret licitum, eẽt illicitum huic qui uouit. Secundò, quò ad exercitationẽ, ſeu omiſſionem, quia prælatus poteſt diſpenſando prẹcipere ſubdito ſuo oppoſitum illius inhibiti, ſeu mandati: & ſi uotum eſſet ualidum, non poſſet hoc præcipere. Et ſi bene proſpexeris, horum inconuenientium cauſa eſt uſurpatio dominii ſuarum operationum. Nam firmitas talium uotorum ex ſola uoluntate ſubditi dominium prẹſupponit in ſubdito, ut poſſit ſuper tales operatiões, & quò ad qualitatem reddendo ſibi eas illicitas lege proprii uoti,
E & quò ad exercitationem obligando ſe ad illa omittenda, aut exequenda, & dicat prælatus quicquid uult. Non ſunt ergo firma talia uota ſine conſenſu prẹlati. Nec obſtat quòd prælatus non poſſit hæc facere licita, aut prẹcipere, niſi diſpenſando: quoniam poteſtas diſpenſatiua, & factiua de illicito licitum, & præceptiua omnium reductiue opportunorum ad ea quæ ſunt regulæ, eſt poteſtas prẹlati ordinaria, contra quam conſtat omne uotum ſubditi eſſe infirmum.

¶ Ad ſecundum uerò dubium de uoto uitandi ea quę ſunt peccata uenialia, ut non dicere uerbum otioſum & huiuſmodi, dicitur, quòd huiuſmodi uota religioſorum ſunt firma non minus quàm ſi a ſecularibus fierẽt: quia nõ ſunt de his q̃ ſubſunt poteſtati p̃latorum directe, uel reductiue quò ad qualitatem, aut exercitationẽ, ut patet. Vnde huiuſmodi uota nõ põt prẹlatus irritare, ſed poteſt ea commutare in perſona Dei. Et quandoque ſunt adeò indiſcreta, ut mereret puniri uouẽs pro eo, ꝙ tãto ſe exponit periculo peccãdi mortaliter. Nec author, nec iura de hm̃oi uotis loquunt̃, cùm de uotis religioſorũ loquunt̃, q̃a nõ ſũt dę bono ſuperogationis.

A ¶ Ad tertiũ demũ dubium dr̃, ꝙ uota de his quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, a quocunque fiant, uera uota ſunt & firma: quoniã in his nullus prælato ſubeſt. Nec oportuit hæc excipi, quia, ut dictũ eſt, non habent propriam uoti materiam, ratione cuius ſubditi nõ poſſunt uouere ſine uoluntate ſuperioris.

## Articvlvs IX.

*Vtrum pueri poſſunt uoto ſe obligare ad religionis ingreſſum.*

Ad nonvm ſic proceditur. Videtur, quòd pueri non poſſint uoto ſe obligare ad religiõis
B ingreſſum. Cùm. n. ad uotum requiratur animi deliberatio, non competit uouere niſi illis, qui habent uſũ rõnis: ſed hoc deficit in pueris, ſicut & in amẽtibus, uel furioſis. Sicut ergo amẽtes & furioſi nõ poſſuut ſe ad aliqd uoto aſtringere: ita ẽt nec pueri, ut ur̃, poſſunt ſe uoto obligare religioni.

¶ 2 Præt. Illud qđ rite p̃t ab aliquo fieri, nõ põt ab aliquo irritari: ſed uotũ religiõis a puero, uel puella factum añ annos pubertatis, põt a parẽtibus reuocari, uel a tutore, ut
C habetur 20. q. 2. c. Puella. ergo uidetur ꝙ puer, uel puella añ 14. annos non poſſint rite uouere.

*¶ Super quaſt. octuageſimaoctaua, articulum nonum.*

In art. 9. eiuſdẽ 88. q. notãda ſunt primo tria, deinde dubia ſunt mouenda. Nota ergo primò differentiam originis reſpectu efficaciæ in uoto ſimplici uel ſolemni. Nam uoti ſimplicis efficacia ex deliberatione animi eſt, qua quis intendit ſe obligare, quod promittẽdo Deo fit, ut dictum eſt. Voti autem ſolenni efficacia oritur ex ſtatuto Eccleſiæ ſiue hoc fiat media conſecratione, aut benedictione, ut de facto fieri author interpretatur; ſiue fiat ſine benedictiõe, & cõſecratione, ut prædeclaratum eſt. Et ex hoc ſequitur, quòd ante factum Eccleſia habet maiorem poteſtatem ſupra uotum ſolenne, quàm ſupra ſimplex, quoniam ſtatuta Eccleſiæ ſunt in eius poteſtate. Singulorum autem animi interiores motus, in quibus perficitur uotum ſimplex, non ita ſubſunt Eccleſię, ut patet. Et ex hac differentia ſequitur ſecundo notandum, quod ſcilicet Eccleſia poteſt ante factum, uotum ſolemne irritum facere ſi fiat, ut patet ex litera dicente, quòd quantumcumque aliquis ſit doli capax, non poteſt obligari uoto ſolemni religionis propter Eccleſię ſtatutum. Ex hoc ergo quòd Eccleſia ſic ſtatuit, inhabiles ſunt impuberes ad uotum ſolemne religionis. Et quia plus eſt inhabilitare omnes huiuſmodi impuberes, quàm habilitare aliquem unum puberem: ideo ſicut poteſt prohibere omnes impuberes doli capaces, qui ſecundum naturæ ius poſſent ſolem-
D niter profiteri; ita poteſt prohibere ne aliquis, puta, Petrus, profiteatur, irritum & inane decernendo ſi ſecus factum fuerit. & ratio iam dicta eſt ſuperius. Et bene aduerte, quòd non loquimur de quocumque uoto ſolemni, ſed religionis tantum: nam ſecus eſt de uoto ſolemni continentiæ. Tale namque uotum, ſi impubes eſt doli capax, ſuſcipiendo ſacrum ordinem emittit.

Infr. q. 189. ar. 5. cor. Et 4. diſt. 27. q. 2. art. 3. cor. Et diſ. 38 q. 1. art. 1. q. 3. Et op. 17. ca. 12. & c. 13. ad 10.

¶ Tertiò, notandum eſt, quòd author eſt male intellectus in illis uerbis, Si uerò ante pubertatis annos attigit uſum rationis, poteſt, quantum in ipſo eſt, ſe obligare. Interpretati namque ſunt, quòd de omni uoto, etiam religionis loquatur, & impugnarunt: cùm tamen clare conſtet, quòd loquitur de uoto diſtincto contra uotum religionis, ut patet per ſequentia, ſcilicet, Quantumcumque autem ſit doli capax, ante annos pubertatis non poteſt ſe obligare uoto ſolemni religionis. Et ſcito quòd uotum ſolemne religionis, quòd non ualet pro ſolemni, propter defectum ætatis, non remanet, habens uim uoti ſimplicis, declarante,
E ſeu ſtatuente hoc Eccleſia, extra, de regul. capitu. 15. qui, in ſexto, ubi dicitur quòd profeſſus ante completum annum decimũquartũ poteſt libere redire ad ſæculum. Quod non diceret Eccleſia, ſi talis, quantum in ipſo eſt, teneretur ad religionem, aut continentiam.

¶ Occurrit autem primò dubium circa illud, Nec tamen propter hoc, ſcilicet quòd impuberes ſunt doli capaces, in aliquo eximuntur a cura parentum. Videtur namque quòd hoc ſit falſum, quoniam impubes ſi malitia ſupplet ætatem, poteſt contrahere uerum matrimonium, ut patet extra de deſponſatione impuberum. Et ſi poteſt contrahere, ac per hoc dare poteſtatem ſui corporis alteri homini inuitis parentibus: ergo ante annos pubertatis eximitur a poteſtate parentum, cuius oppoſitum dicitur in litera. Et rurſum, ſi poteſt corpus ſuum dare inuitis parentibus homini, ergo Deo: cùm non debeat eſſe magis liber ad dandum alteri homini, ſi iuſta eſt eccleſiaſtica lex, quàm Deo. Et confirmatur, quia Eccleſia uidetur hoc approbare ut patet uigeſima

quæſt. 1. capitulo, Firma. ubi profeſſio uirginitatis, & nuptiæ æquiparantur quò ad tempus.

27.q.2,c.Cōſaldus ex Alexandro.

¶ Ad hoc dicitur primo, quòd aliud ē impuberem eſſe doli capacem, & aliud eum eſſe talem, ut malitia in eo ſuppleat ætatē reſpectu matrimonii, quoniam primū importat ſolius animæ diſpoſitionem, quòd ſcilicet habeat uſum rationis liberū: ſecundum autem importat animæ & corporis ſimul diſpoſitionem, quoniam tūc malitia dicitur in propoſito ſupplere ętatem, quod & uſum rationis habet, & corpus potens ad generandum: alioquin malitia non ſuppleret ętatem facientem corpus potens ad generandum: nec poſſet corpus ſuum facere alterius de præſenti ad generationis actū, quod facit contrahēs matrimonium de pręſenti, propter quod dicitur de præſenti, aliter eſſet promiſſio corporis potius, quàm donatio. Author autem non loquitur hic in caſu, quo a iure dicitur, ꝙ malitia ſupplet ætatem ante annos communis pubertatis, ſed in caſu quo eſt doli capax, & malitia ſupplere diceretur ætatem quò ad actū interiorem uoti: & ideo obiectio non eſt contra authorem. Sed quid dicendum eſt ad obiectionem ſubiunctam, ſcilicet quòd ante annos pubertatis, ſi malitia ſupplet ætatem, poteſt quis corpus ſuum inuitis parentibus dare homini, ergo Deo? Dicendum eſt, quòd cum iſta ex poſitiuo iure pendeant, oportet ueram doctrinam iuri conformari, & dicere, quòd utique uerum eſt, quòd quādo malitia ſupplet ætatem, immo etiam ante, ſi ſit doli capax, poteſt puer dare corpus tam Deo, quàm homini: ſed non poteſt dare tali modo, ſcilicet per ſolemne uotum religionis, Eccleſia ſic ſtatuente. Cum quo ſtat, quòd poſſit illud dare, quia poteſt alio modo illud dare Deo, ſcilicet

20.q.2. cap. puella.

Ar. 3. huius quæſt.

Art.7. huius quæſt.

Ar. præced.

¶ 3 Præt. Religionem intrantibus F annus probationis conceditur ſecundum regulam B. Benedicti, & ſecundum ſtatutum* Innocentii 4. ad hoc, quòd probatio obligationem uoti præcedat. ergo illicitum uidetur eſſe, quòd pueri uoto obligentur ad religionem ante probationis annum.

Sed contra. Id quod non eſt rite factum, non eſt ualidū, ēt ſi a nullo reuocetur: ſed uotū puellæ ante annos pubertatis emiſſū, ualidū eſt, ſi infra annū a parentibus non reuocetur, ut * habetur 20. quæſtione 2. capi. Puella. G ergo licite, & rite poſſunt pueri obligari ad religionem, etiam ante annos pubertatis.

Respon. Dicendum, ꝙ ſicut ex ſupra * dictis patet, duplex eſt uotum, ſ. ſimplex, & ſolemne. Et quia ſolemnitas uoti in quadam ſpirituali benedictione, & conſecratione conſiſtit, ut* dictum eſt, quę fit per miniſterium Eccleſiæ: ideo ſolennizatio uoti ſub diſpēſatione Eccleſiæ cadit. Votum aūt H ſimplex efficaciā hēt ex deliberatione animi, qua quis ſe obligare intendit. Quòd autem talis obligatio robur non habeat, dupliciter pōt contingere. Vno quidem modo propter defectum rōnis, ſicut patet in furioſis, & in amentibus, qui ſe uoto nō poſſunt obligare ad aliquid, dum ſunt in furia, uel amentia. Alio modo, quia ille qui uouet, eſt alterius poteſtati ſubiectus, ut ſupra * dictum eſt. Et iſta duo concurrunt in pueris I ante annos pubertatis, quia & patiuntur rōnis defectū ut in pluribus, & ſunt naturaliter ſub cura parentum, uel tutorum, qui ſunt cis loco parentum: & ideo eorum uota ex duplici cā robur non habent. Contingit tñ propter naturę diſpoſitionem, quæ legibus humanis non ſubditur, in aliquibus, licet paucis, accelerari rōnis uſū, qui ob hoc dicūtur doli capaces. Nec tñ propter hoc in aliquo eximuntur a cura parētū, quæ ſubiacet legi humanæ reſpicienti ad id, qđ frequentius accidit. K Eſt ergo dicendū, ꝙ ſi puer, uel puella añ pubertatis annos nondū habeat uſum rōnis, nullo mō pōt ad aliquid ſe uoto obligare. Si uerò añ pubertatis annos attingit uſum rōnis, pōt quidē, quantū in ipſo eſt, ſe obligare, ſed uotū eius pōt irritari per parentes, quorum curæ remanet adhuc ſubiect⁹. Quātumcunque tamen ſit doli capax, ante annos pubertatis non poteſt obligari uoto ſolenni religionis propter Eccleſiæ ſtatutum, quod reſpicit id, qđ in pluribus accidit. Poſt annos autem pubertatis poſſunt iam ſe uoto religionis obligare uel ſimplici, uel ſolemni, abſq; uoluntate parentum.

Ad primum ergo dicēdū, ꝙ ratio illa procedit de pueris, qui nondum attigerunt uſum rationis, quorum uota ſunt inualida, ut* dictum eſt.

Ad secundum Dicendū, ꝙ uota eorum, qui ſunt in poteſtate aliorum, habēt conditionem implicitam, ſ. ſi non reuocentur a ſuperiori, ex qua licita redduntur & ualida, ſi conditio extat, ut* dictum eſt.

Ad tertium Dicendum, ꝙ rō illa procedit de uoto ſolemni, quod fit per profeſſionem.

## Articvlvs x.

*Vtrum poſſit in uoto diſpenſari.*

Ad decimum ſic proceditur. Videtur, ꝙ in uoto diſpenſari nō poſſit. Minus. n. ē cōmutari H uotū, q̃ in eo diſpēſari: ſed uotū nō pōt cōmutari. dr̄. n. Leuit. 27. Animal, qđ immolari pōt Dño, ſiquis uouerit, ſanctū erit, & mutari nō poterit, nec melius malo, nec peius bono. ergo multò minus poteſt diſpenſari in uoto.

¶ 2 Præt. In his quæ ſūt de lege naturę, & in pręceptis diuinis, non pōt ꝑ hominē diſpēſari, & pręcipue in p̄ceptis primæ tabulæ, quę ordinantur directe ad dilectionē Dei, q̃ ē ultimus p̄ceptorū finis: ſed īplere uotū eſt de lege naturæ, I & ē ēt p̄ceptū legis diuinæ, ut ex ſupra* dictis patet, & ꝑtinet ad p̄cepta primæ tabulę, cū ſit actus latriæ. ergo ī uoto diſpenſari nō pōt.

¶ 3 Præt. Obligatio uoti fundatur ſuper fidelitatem, quā homo debet Deo, ut* dictū eſt: ſed in hac nullus pōt diſpēſare. ergo nec ī uoto.

Sed contra. Maioris firmitatis eſſe uidetur quod procedit ex cōi uoluntate, q̃ qđ procedit ex ſingulari uolūtate alicuius perſonæ: ſed in lege, quæ hēt robur ex communi uoluntate, pōt per K hominem diſpenſari. ergo uidetur ꝙ etiam in uoto per hominē diſpenſari poſſit.

Respon. Dicendum, quòd diſpenſatio uoti intelligenda eſt ad modum diſpenſationis, quæ fit in obſeruantia alicuius legis, quia ut ſupra* dictum eſt, lex ponitur reſpiciendo ad id, quod eſt ut in pluribus bonum. Sed quia contingit huiuſmodi in aliquo caſu non eſſe bonum, oportuit per aliquem determinari in illo particulari caſu legem non eſſe

ſeruandam: & hoc proprie eſt diſpenſare in lege. Nam diſpenſatio uidetur importare quãdam commenſuratam diſtributionem, uel applicationem communis alicuius ad ea, quæ ſub ipſo continentur, per quem modum dicitur aliquis diſpenſare cibum familiæ. Silimiter autẽ ille qui uouet, quodammodo ſibi ſtatuit legem, obligans ſe ad aliquid quod eſt ſecundum ſe, & ut in pluribus bonum. Poteſt tamen contingere, quòd in aliquo caſu ſit vel ſimpliciter malum, uel inutile, vel maioris boni impeditiuum, quod eſt contra rationem eius, quod cadit ſub uoto, ut ex * predictis patet: & iõ neceſſe eſt, quod determinetur in tali caſu uotum non eſſe ſeruandum. Et ſi quidem abſolute determinetur aliquod votum non eſſe ſeruandũ, dr̃ eſſe diſpenſatio uoti. Si aũt pro hoc, quod ſeruandum erat, aliquid aliud imponat̃, dr̃ cõmutatio uoti. Vnde minus eſt uotum commutare, quàm in uoto diſpenſare. Vtrumque tamen in poteſtate Eccleſię conſiſtit.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ aĩal, quod immolari poterat, ex hoc ipſo ꝙ uouebatur, sãctum reputabat̃, quaſi diuino cultui mancipatum. Et hæc erat ratio, quare non poterat commutari: ſicut nec modò poſſet aliquis rem quã vouit, iam conſecratam, puta, calicẽ uel domum, cõmutare in melius, uel in peius. Animal autem quod non poterat ſanctificari, quia non erat immolatitium, redimi poterat & debebat, ſicut ibidem lex dicit. Et ita ẽt nũc cõmutari poſſunt uota, ſi cõſecratio nõ interueniat.

Ad secvndvm dicẽdum, ꝙ ſicut ex iure naturali, & ꝑcepto diuino tenetur hõ implere uotũ, ita ẽt tenetur ex eiſdẽ obedire ſuperiorum legi, uel mandato. Et tñ cum diſpenſatur in aliqua lege humana, non fit vt legi humanæ nõ obediatur, quod ęſt contra legem naturæ, & mandatum diuinũ: ſed fit vt hoc, quod erat lex, non ſit in hoc caſu. Ita ẽt authoritate ſuperioris diſpẽſantis fit vt hoc, quod continebatur ſub uoto, non contineatur, inquantum determinatur in hoc caſu hoc non eſſe congruam materiam uoti. Et ideo cũ prælatus Eccleſię diſpenſat in uoto, non diſpenſat in præcepto iuris naturalis, uel diuini, ſed determinat id, quod cadebat ſub obligatione deliberationis humanæ, quæ non potuit oĩa circũſpicere.

Ad iii. dicẽdum, quòd ad fidelitatẽ Deo debitã non pertinet, quòd homo faciat id, quod ad uo-

A nendum eſt malum, uel inutile, * vel maioris boni impeditiuũ, ad quod tendit uoti diſpenſatio. Et ideo diſpenſatio voti non eſt contra fidelitatem Deo debitam.

## Articvlvs xi.

*Vtrum in uoto ſolemni continentiæ poſſit fieri diſpenſatio.*

Ad vndecimvm ſic proceditur. Videt̃, quòd in uoto ſolemni continentiæ poſſit fieri di- B ſpenſatio. Vna.n. ratio diſpenſandi in uoto eſt, ſi ſit impeditiuum melioris boni, ſicut * dictũ eſt: ſed uotum continentię etiam ſi ſit ſolemne, põt eſſe impeditiuum melioris boni: nam bonum commune eſt diuinius, quàm bonum vnius. Poteſt aũt per continentiam alicuius impediri bonum totius multitudinis, puta, quãdo per cõtractum matrimoniũ aliquarum perſonarum, quæ continentiam uouerũt, poſſet pax patriæ procurari: ergo videt̃ ꝙ ẽt in ſolẽni uo- C to continentiæ poſſit diſpenſari.

¶ 2 Præt. Latria eſt nobilior uirtꝰ quàm caſtitas: ſed ſi quis uouerit aliquem actum latriæ, puta, offerre Deo ſacrificium, poteſt in illo uoto diſpenſari. ergo multò magis poteſt diſpenſari in uoto continentiæ, qđ eſt de actu caſtitatis.

¶ 3 Præt. Sicut uotum abſtinẽtię obſeruatum poteſt uergere in periculum perſonæ, ita etiam obſeruatio uoti continentiæ: ſed in uoto abſtinentiæ ſi uergat in corpo- D rale periculum uouentis, poteſt fieri diſpenſatio. ergo pari rõne in uoto continentiæ põt diſpenſari.

¶ 4 Præt. Sicut ſub profeſſione religionis, ex qua uotum ſolemnizatur, continetur uotum continẽtiæ, ita etiam uotum paupertatis, & obediẽtiæ: ſed in uoto paupertatis, & obedientiæ poteſt diſpenſari, ſicut patet in illis qui poſt ꝓfeſſionem ad epiſcopatum aſſũmuntur. ergo uidetur quòd in ſolemni uoto continentię poſſit di- E ſpenſari.

Sed contra eſt, qđ dicitur Eccl. 26. Omnis ponderatio non eſt digna animæ continentis.

¶ Preter. Extra, de ſtatu * mona. in fi. illius Decretalis. Cùm ad monaſterium, dicitur: Abdicatio proprietatis, ſicut etiam cuſtodia caſtitatis, adeò annexa eſt regulæ monachali, ut contra eam nec ſummus Pontifex poſſit indulgere.

Respon. Dicendum, quòd in ſolemni uoto cotinentiæ tria poſſunt conſiderari. Primò qdẽ, ma-

